4° Diss. 3603.(5

DE
OFFICIIS
ACADEMIARVM GERMANIAE
IN
CAESAREM
ET
IMPERIVM

PVBLICE D. V. APRIL. MDCCXXXV.

IN

ACADEMIA AVGVSTA

DISSERENT

PRAESES

GOTTLIEB SAM. TREVER D.

REGIS MAGNAE BRITANNIAE A CONSILIIS AVLICIS, IVR. PVBL. POLIT. ET MORAL. PROF. PVBL.

ET

RESPONDENS

IVSTVS LVDOVICVS DE FABRICE

EQVES LAVENB.

GOETTINGAE

LITERIS HAGERIANIS.

VIRO
ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GERLACO ADOLPHO DE MVNCHHAVSEN
REGIS MAGNAE BRITANNIAE POTENTISSIMI
ET
PRINCIPIS ELECTORIS BRVNOVIC. LVNAEB.
PVBLICI STATVS ADMINISTRO
RELIQVA
MAECENATI SVO
SVBIECTISSIME COLENDO

SALVTEM ET OBSEQVIA
IVSTVS LVDOVICVS DE *FABRICE.*

VIR

ILLVSTRISSIME, EX-
CELLENTISSIME
DOMINE BENIGNISSIME,

VIs mihi adferenda foret, ſi haec diſſertatio alii, quam TVO NOMINI inſcribenda eſſet. Rapior communi omnium inclinatione in TVI venerationem & ſim-

pli-

pliciſſimus candor verba mihi in praeſenti exprimit. Interpretes ſunt hae litterae non meae dumtaxat mentis, ſed ſententiae omnium, qui TE in tanto honoris faſtigio poſitum conſpicantur virtutumque tuarum delectantur ſplendore. Ingens animi tui magnitudo in omnium oculos incurrit, quem tot negotiis maximi momenti exantlandis ſufficere admirantur. Tantum publicis rebus praeſidii, tantum opis adfers, vt maiora producantur felicitatis effecta citiusque prodeant, quam erant exſpectata. Dum autem hac negotiorum multitudine tantum non obrui TE putamus, ea cura, ea

diligentia ad academiam noſtram recens natam inſtruendam, firmandam, exornandam incumbis, ac ſi illi ſoli inuigilares. Perſuaſum quidem omnibus eſt, TE ea in re voluntati **REGIS** AVGVSTISSIMI obtemperare, cui gratioſiſſimum eſt, nouam muſarum ſedem in terris ſuis ſtabiliri: attamen omnes quoque norunt, ſpontaneam tuam benignitatem intercedere, qua muſas habuiſti ſemper in deliciis & TE non modo fautorem earum, ſed etiam amplificatorem praebuiſti. Gaudemus merito de tanto MACENATE, per

quem,

quem, tamquam interceſſorem, haec ſcientiarum vniuerſitas a REGE POTENTISSIMO noua gratiae indulgentiſſimae documenta impetrat, noua commoda, decora, incrementa adquirit. Permitte, MAECENAS SVMME, vt hoc ſpecimine teſtem me geram muſarum in TE reuerentiae & ſimul ſumma animi veneratione me TVO fauori commendatum velim. Accedo votis ciuium noſtrorum pro tua ſalute: faxit DEVS, vt, qui aliorum felicitati libentiſſime proſpicis, fortunam ſemper experiaris propitiam & conſtantem,

viri-

viribus vegetis validisque ad ſeram ſenectutem adſurgas omniaque tua conſilia, quae in patriae emolumentum tendunt, etiam ad tuam iucunditatem & immortalem gloriam proſperrimos ſucceſſus conſequantur, quod toto animo precor

NOMINIS TVI
EXCELLENTISSIMI

cultor obſequioſiſſimus
IVSTVS LVD. DE FABRICE.

CAP. I.
De obligatione academiarum Germaniae in caeſarem & imperium generatim.

§. I.

SVmmus imperans in regno Germanico eſt Caeſar & imperium, cuius iurisdictioni vniuerſali non tantum ſubſunt ciues *immediati*, ſed & *mediati*, qui ſtatibus imperii aliisque membris *immediatis* imperii obſequia debent. Principes ordinesque imperii fidem & obedientiam Caeſari & imperio iurantes, ſuorum quoque ciuium obſequia in eosdem firmant, qui a nutu ſuo dependent & ſub ſua poteſtate continentur. Implicant ſua territoria cum incolis omnibus nexui ſyſtematico imperii & quamuis ſuperioritatem territorialem in eos exerceant, haec tamen poteſtas Caeſari & impe-

rio ſecundum leges publicas imperii ſubordinata eſt, vt ciues non obligare poſſint ad ea perpetranda, quae contra Imperatorem & imperium eiusque pacta publica ſuſcipiuntur. Iura enim omnia ſuperioritatis territorialis exercenda ſunt ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori & imperio obſtrictus eſt. *I.P. W.art.* 8. *§.2.* 2. *F.55. p.2.* Huc reſpiciunt litterae patentes IMPERATORIS d.14. Mai. 1723. ad Meclemburgicos munerum praefectos datae: **Wie nun Euch** *ex ſyſtemate imperii* **und aus denen darauf gerichteten Reichs-Satzungen, beſonders aus dem Weſtphäliſchen Friedens-Schluß** *art. VIII. §.2.* **bekannt ſeyn ſoll, daß derjenige** *nexus*, **womit ein Unterthan,** *Vaſall* **oder auch** *officiant* **einem Reichs-Stand verwandt, keines weges** *pro abſoluto*, **ſondern** *Subordinato* **zu achten.** Staats-Kantzley *T. 44. p. 701.* Vi illius nexus ſubſunt protectioni caeſaris: Wir wollen die mittelbahre Reichs-und der Stände Landes-Unterthanen in unſerm Käyſerl. Schutz haben. *capit. nouiſſ. a. 15.* R. I. 1548. §. 67. R. I. 1564. 1580. v. SCHVTZ *exerc. I. P. VI. theſ. 17. p. 384.* Ipſis praeſcribuntur & promulgantur leges imperii cum admonitione ſui officii in caeſarem & imperium: Bey der Pflicht, damit ein jeder uns, dem H. Reich und ſonſt ſeiner Obrigkeit zugethan und verwandt iſt, auch Vermeidung unſer und des Reichs und ſeiner Oberkeit ſchweren Ungnad und Straff,

Pri-

Privierung und Entſetzung aller Regalien, Lehen, Freyheiten, Privilegien, Gnaden-Schutz und Schirms, ſo viel ein jeder des von uns, dem H. Reich und ſeiner Oberkeit hat. *R. I. Wormat.* 1546. *§.* **Wiewol auch.** Obſeruatio pacis Weſtphalicae iniungitur omnibus ciuibus imperii cum immediatis, tum mediatis: Setzen demnach ordnen, wollen und gebieten, allen und jeden, Hohen und Niedrigen, Geiſtlichen und Weltlichen, Ohn- und Mittelbahren, ſie ſeyn Stände des Reichs oder nicht ꝛc. ohne Ausnahme einiges Menſchen. *R. I. nouiſſ. §. 6.* Hinc comprehenduntur ſub alle Reichs-Verwandte und Unterthanen. *ordin. Cam. 1555. P. 2. tit. 1.* Poſſunt crimen laeſae maieſtatis committere in Caeſarem & imperium. *capit. nouiſſ. art. 21.* MVLDENER *ad cap. Ioſ. a. 26.* Compellantur a Caeſare unſere und des H. Reichs Getreue multaque alia iis tribuuntur commoda ex nexu ſubiectionis cum caeſare & imperio reſultantia. Conf. LYNCKER *Diſſ. de religione obſequii.* RHETIVS *Diſſ. de ſubditis imperii c. 4.* HORN *I. P. c. 50. 51.*

§. II.

Ciues illi *mediati*, ſiue ſinguli ſpectentur ſiue in corpore variarum ſocietatum, quas conſtituunt, ſemper ſecum ferunt obligationem in Caeſarem & imperium, cui renuntiare nullo modo poſſunt. Quaecumque ergo ſint in Germania ſocietates ſacrorum, com-

merciorum, defenſionis, ſucceſſionis, opificiorum cauſſa inſtitutae, omnes ſubeſſe intelliguntur ſupremae inſpectioni caeſaris & imperii, ne quid exinde detrimenti capiat reſpublica, omnes obligantur ad obſequia praeſtanda legibus, quas caeſar & imperium rebus earum conuenire iudicarunt. Pertinent huc academiae, corpora ſcilicet ciuilia profeſſorum omnium ſcientiarum ciuiumque variorum poteſtate conferendi ſummos in omni eruditione honores variisque iuribus & priuilegiis praedita. Poſſent ordines imperii, qui ſuperioritate territoriali gaudent, ipſi eiusmodi ſcholas primi ordinis condere ſuisque ciuibus publica omnium ſcientiarum inſtitutione proſpicere, niſi caeſaris ordinumque imperii mutuo conſenſu ſoli imperatori reſeruata eſſet facultas conferendi in Imperio ſummos cum orbis politici, tum orbis litterati honores. Quum autem verae academiae pollere debeant poteſtate conferendi ſummas dignitates litterarias, hinc Caeſaris opus eſt conceſſione, qui petito alicuius ſtatus imperii adſurgens priuilegia benigniſſime largitur. Confirmat quoque iura omnia, priuilegia commodaque, quibus princeps ſtatusque alius imperii ſuam academiam exornat, ſiue totum corpus ſiue docentes ſiue diſcentes contingant. v. SCHWEDERI *I. P. P. ſpec. ſect. 1. c. 6. §. 4. p. 297. ſq.*

§. III.

§. III.

Fundamenta obligationis academiarum Germaniae in Caeſarem & imperium dilucidius peruidentur, ſi ad ſequentia momenta animum attendamus. I. Summo imperanti competit ius ſupremae inſpectionis in quaeuis collegia, quasuis ſocietates ſuae reipublicae, ne aliquid ex iis detrimenti redundet in praeiudicium maieſtatis, commoditatis, tranquillitatis publicae. Vis vnita fortior: quod ſinguli hactenus non potuerunt neque auſi ſunt, id praeſtare poterit ſocietas, quae magis nocere poteſt reipublicae, quam ſi membra nullo vinculo ſint coniuncta. Quod ſi ergo Caeſar & imperium e re Germaniae eſſe videant, leges opportunas academiis praeſcribere, nullo modo iis obſequium detrahendum. Vrgetur illa ſuprema inſpectio Caeſaris in litteras & academias a MAXIMILIANO II. in diplom. acad. IVLIAE: praeſertim quum earumdem bonarum litterarum tutela & patrocinium ad caeſarei culminis faſtigium eiusque moderatores potiſſimum pertineat. II. Coaleſcunt academiae ex ciuibus mediatis, qui ſuam obligationem caeſari & imperio debitam ſecundum adſerta §. 1. in hanc ipſam ſocietatem litterariam transferunt. Per priuilegia & immunitates, quae ipſis conceduntur, minime liberantur a ſubiectionis vinculo,

quo in obſequium Caeſaris & imperii adſtringuntur. v. BOEHMERI *Ius publ. vniu. P. ſpec. L. 2. c. 4. §. 6. not. y.* In diplomate Roſtochienſis academiae a FERDIN. I. dato diſerte id innuitur: *eximentes nihilominus doctores & ſcholares Vniuerſitatis praenominatae a iurisdictione & ſuperioritate cuiuscunque poteſtatis aut iudicis ordinarii ſiue cuiuscunque alterius, praeterquam a noſtri ac praeſatorum Ducum ac ſucceſſorum eorundem*: quod etiam in diplomate Iuliae aliarumque academiarum habetur. Additur etiam priuilegiis omniumque immunitatum conceſſioni exceptio ſupremae iurisdictionis caeſaris & imperii dominorumque territorii, vt in diplomate academiae Argentoratenſis: Doch uns und dem H. Reiche an unſer Obrigkeit und ſonſt andern an ihren Rechten und Gerechtigkeiten unvorgreifflich und unſchädlich. ap. FRID. LVCAE *Europ.* Helicon *p. 431.* & in diplomate Halenſis academiae ap. eumdem p. 495. *Salua tamen ſemper noſtra auctoritate, ſalua itidem dicti principis iurisdictione*: quod in fine diplomatis p. 504. repetitur & in diplomate Giſſenſi p. 529. Kilonienſi p. 620. 627. quoque occurrit.

§. IV.

III. Priuilegia ipſa caeſarea, quae conſtitutionem academiarum ingrediuntur, luculentiſſime docent obligationem academiarum in caeſarem & imperium.

Non-

Normam agendi in docendo, in conferendis dignitatibus, in exercendis iuribus continent, quae eo magis ſtudioſe obſeruanda, quo magis cum iuribus ſingularibus & cum inſigni gratiae caeſareae ſignificatione coniunguntur. Proficiſcuntur equidem privilegia ex gratia principis conferentis. *v. obſeru. Halenſ. T. 3. obſ. 16. §. 14. ſqq.* adeoque etiam priuilegia academiarum ex gratia Caeſaris & imperii promanant, quam caeſar expreſſe, imperium tacite declarat, dum conſenſit in ſolitaria priuilegiorum conceſſione, quam Caeſari ſuo quoque conſenſu reſeruauit. Neque ipſe CAESAR auguſtiſſimus CAROLVS VI. hoc diffitetur, ſed permiſit, vt eam ob cauſſam in decreto *commiſſionis* d. 12. April. 1720. academiae Germaniae nomine CAESARIS dicerentur: Die aus Käyſerlichen und des geſammten Teutſchen Reichs Gnaden und Milde errichtete und privilegirte Vniverſitäten oder hohen Schulen und Academien im Römiſchen Reich. Staats-Kantzley *T. 36. p. 439.* quae loquendi formula indoli priuilegiorum tacito imperii conſenſu conceſſorum apprime conuenit. Haec gratia in conferendis privilegiis coniuncta eſt cum ſumma poteſtate legum ferendarum, ex qua facultas dandi priuilegia in ciuitate deducenda: ipſum enim priuilegium lex eſt in vſum priuatorum condita, quae aliquid tribuit vltra ius

com-

commune vel a communi lege nonnulla excipit. v. GROT. *de I. B. & P. L. 2. c. 18.* §. 4. *n.* 4. CONRING. *Diſſ. de priuilegiis recte conferendis & reuocandis c. 1. Th. 2. 4.* Legislatori ergo obligatur is, cui tanta exhibetur gratia, tot conferuntur commoda, qui tot diſtinguitur immunitatibus a reliqua ciuium caterua. Quapropter academiae Germaniae caeſari & imperio maximis legis, obligationis, commodorum vinculis obſtringi par eſt. IV. Dantur etiam leges vniuerſales imperii Rom. Germ. ciues omnes cuiuscumque ſint dignitatis, conditionis, religionis, generis obligantes, ohne ausnahme einiges Menſchen. *R. I. nouiſſ.* §. 6. quales in pace publica, religioſa, ordinatione camerae multisque imperii legibus priuatos ſpectantibus deprehendi conſtat. Quis ab earum obligatione omnibus priuatis in imperio impoſita exciperet academias, praeſertim iis in rebus, vbi academiae facile impingere poſſunt vel docendo vel ſcribendo?

§. V.

V. In tutelam atque praeſidium ſpeciale Caeſar recipit academias, quas ſuis priuilegiis firmat. In diplomate academiae Rintelenſis FERDINANDUS II. a. 1620. eam promittit: *praeterea recipimus eamdem academiam in noſtram & Succeſſorum noſtrorum Romanorum*

impe-

imperatorum & regum ſingularem protectionem, ſaluam guardiam atque patrocinium. Idem exſtat. in Halenſi ap. LVCAE *Europ.* Helic. *p.* 497. in Kilonienſi p. 622. & in Altorffino p. 638. Obligantur ergo illi, in cuius clientelam receptae ſunt. VI. Finis ipſe, ob quem Caeſar & imperium academias concedunt, firmant, ornant, recipiunt, nouum obligationis oſtendit fundamentum. Finis enim ille, quem ſupremus legislator ſocietati a ſe inſtitutae praefixit, legis inſtar habendus, ad quam cura, diligentia, conatus omnes ſociorum dirigendi. Conduntur autem in ornamentum & incrementum imperii, non vt turbent rempublicam vel detrimenta ei contrahant. In Francofurtenſi priuilegio MAXIMILIANVS I. adgnoſcit: *ad diuini nominis fideique orthodoxae propagationem vniuerſalem, profectum & laudem, imperiique romani ac dictorum Dominiorum priuatam exaltationem academiam condi* v. LVNIG *R. A. P. ſpec. contin. 4. P. 2. p. 479.* Innuit LEOPOLDVS in Altorffino priuilegio: *maiores & praedeceſſores noſtros, diuos Romanorum imperatores & reges auguſtae memoriae, vt ſubditos ſuos ad rempublicam probe adminiſtrandam atque alia tam ciuilia, quam bellica officia obeunda aptiores efficerent gymnaſia & academias paſſim in ſacro romano imperio inſtituiſſe & erexiſſe.* v. LVCAE *l. c. p. 635.* Diploma FRIDERICI *palatini*, vicarii imperii, Gymnaſium Stadt-

hagenſe in academiam mutaſſe teſtatur : GOtt zu Ehren, zur Wohlfahrt des H. Röm. Reichs teutſcher Nation und der Chriſtl. ſtudierenden Jugend, alß Pflantzen aller geiſtl. und weltl. Regimenter, zum beſten. LVCAE *l. c. p.* 508. Quae exinde obligatio & officia academiis in caeſarem & imperium incumbant, ſequenti capite ſpecialius deducendum.

§. VI.

Obligationis academiarum norma cognoſcitur partim ex legibus imperii vniuerſalibus, qua priuatos ſpectant & ciues mediatos, cum primis iis in rebus, quae & in academias cadere poſſunt, partim ex ipſis priuilegiis, quibus donantur. Leges iſtae non tantum continent generalia reuerentiae ciuium omnium in caeſarem & imperium officia, praecipiunt legum praeſcriptarum inuiolabilem ſanctitatem, pacis & ſecuritatis publicae obſeruationem, mutuam inter ſocios diuerſae religionis tolerantiam, humanitatem & modeſtiam, ſed etiam ſpeciatim docendi ſcribendique licentiam circumſcribunt, interpretandi audaciam prohibent, dogmatum pernicioſorum receptionem improbant & quae ſunt alia, quibus litterati & cumprimis ſcientiarum in academiis profeſſores obnoxii eſſe poſſunt. Priuilegia autem apertius ſaepe innuunt,

nuunt, quem in finem tot libertates & immunitates, tot beneficia academiis conferantur, vt paullo ante expoſuimus: ſaepe diſtincte exponunt, quid obſervandum ſit profeſſoribus. Ita in diplomate vicarii imperii, quod Rintelenſi academiae dedit: Daß die beſtellten Profeſſoren ſich ſchiedlich und unverweißlich gegen der künfftigen Röm. Kayſerl. Majeſtät, alß dem höchſten Oberhaupt und gegen alle und jede Churfürſten, Fürſten und Stände erzeigen, unnöthigen Streit enthalten und alle Schmäh- und Läſter-Schrifften meyden, ſonderlich die perſonalia zu tractiren unterlaſſen, alle ärgerliche und dem H. Reich undienliche Diſputationes bey ſeit ſetzen und allein das, was zur Erlernung nützlich, treiben und lehren ſollen. LVCAE *Europ.* Helic. *p.* 508.

§. VII.

De academiis ſtatuum euangelicorum certum eſſe arbitror, hanc obligationem extra omnem dubitationis & controuerſiae aleam eſſe poſitam, quum apud eas ex placitis iuris publici cum uniuerſalis tum particularis conſtet, academiam, ſiue illam corpus ſaeculare ſiue eccleſiaſticum ſiue mixtum dixeris, ſummi imperantis poteſtati ſubeſſe adeoque non tantum ad domini territorii, ſed etiam caeſaris & imperii obſequia ob rationes iam prolatas iure omni teneri. Verum de academiis catholicorum in Germania

nia ſub iurisdictione praeſulis romani quodammodo comprehenſis dubia moueri, ex actis publicis in vulgus notum eſt. Referuntur ab iis ad corpora eccleſiaſtica, multi profeſſorum & doctorum, a poteſtate principum dicuntur exemti, qui ſolis epiſcopis parent & ab eorum decretis ad nuntios apoſtolicos ipſumque pontificem romanum prouocant, multa negotia, dogmata, ſcientiae accenſentur rebus mere eccleſiaſticis, vel, vt vocant, ſpiritualibus adeoque ab omni cognitione & poteſtate laicorum excipiuntur. Quae res eo abripuit nonnullos praeſulis romani adſeclas & adulatores, vt totam academiam eius iurisdictioni ſubmitti debere iudicauerint. Iura caeſaris & imperii in eo attentauit BORGIAS, legatus pontificis Romani a. 1714. in academia colonienſi, in qua lis agitabatur inter profeſſores iuris ciuilis & doctores iuris canonici de decanatu, quem hi quoque contra morem priſtinum ſibi vindicare adnitebantur adeoque BORGIAE decreta in ſubſidium aduocabant. Quid BORGIAS auſus ſit, exponit CAESAR in litteris ad Schrotenbachium ſuum legatum Romam miſſum exaratis: alß wir aber allein gefunden haben, daß vielerwehnter Nuntius ſein angemaſtes hitziges Verfahren ſchlechterdings vor gerecht behaupten, und die gantze Univerſität quoad perſonas formam & materiam ohne einigen Unterſcheid der Päpſtlichen Iurisdiction zu offen-

offenbahren Abbruch und Schmählerung unſrer Kayſerlichen Hoheit, ſo wol, als auch ſchädlicher Colliſion und Confuſion der Iurisdictionen unterwürffig habe machen wollen, auch immerhin mit weitern Thätlichkeiten und Neuerungen fortgefahren und gleichſahm mit voller Freyheit ſeine Iurisdiction über weltliche Dinge ſo gar mit Geld-Straffen öffentlich zu behaupten gemeinet ſey. *Electa Iur. publ. T. 7. p. 149. ſq.* Huic errori multum deferunt, qui in eiusmodi academiis vel ratione ordinum vel ratione muneris ſoli eccleſiaſtico foro adnumerantur & dum ſe a laicorum tribunali exemtos eſſe ſentiunt, nulla quoque obligatione in caeſarem & imperium teneri arbitrantur, vti doctores iuris canonici colonienſes fecerunt.

§. IIX.

Sed grauiter alucinantur, quod ex §§orum praecedentium argumentis dilucide apparere puto. Diſtinguendum tamen eſt inter cauſſas & negotia mere eccleſiaſtica & ſaecularia: in iis clerici, qua tales, ad laicorum tribunal euocari non poſſunt neque imperatores vllam ſibi poteſtatem ſumunt aut vindicant, ſi cardo rei circa talismodi cauſſas vertatur. IOSEPHVS imperator id egit ſtrenue, a. 1707. per reſcripta ad iudices eccleſiaſticos in imperio, vt civilia ſepararentur ab eccleſiaſticis, quae exſtant in Staats-

Kanƶley T. 35. p. 591. ſqq. vbi in reſcripto ad comitem de WELS ablegatum caeſareum monetur p. 602. So haben wir dieſes Ubel aus dem Grunde abzuthun und in dem Biſchoff- und Fürſtenthümern, wo die officiales zugleich die Geiſt- und Weltlichkeiten zu adminiſtriren haben, die geiſtliche Sachen zu unterſcheiden und jene an die höhern Geiſtliche, dieſe aber an die immediat weltliche Reichs-Gerichter ihrer Ordnung nach durch prouocationes und appellationes zu bringen, für das forderſamſte und nechſte Mittel erachtet und demnach anverwahrte patentes abſtoſſen laſſen. Praeſens quoque CAESAR auguſtiſſimus CAROLVS VI. adgnoſcit iurisdictionem epiſcoporum & pontificis romani in rebus mere eccleſiaſticis in litteris ad comitem de GALLAS Romam datis *Elect. jur. publ. Tom. 6. p. 971.* indem wir eben ſo wenig gemeinet ſind, dem Päpſtl. Stuhl in geiſtlichen Dingen einigen Eingriff zu thun oder zu geſtatten, als in weltlichen gegen das Kayſerl. allerhöchſte Amt, unſer und des Reichs und deſſen Ständen Befugniſſe etwas unziemliches zu gedulden, auch ſonſt wenig zur Sache thue oder Macht, Gericht-bar- und Bothmäßigkeit zueigne, wenn jemand einen unbeſonnenen oder unbefügten Recurs ad forum incompetens eigenmächtig übernehme. In cauſſa quoque academiae colonienſis nuntio apoſtolico non derogauit cauſſarum mere eccleſiaſticarum cognitionem: folglich die

Päbſtl.

Päbſtl. Nunciatur, die wir ſonſt in ihren geiſtlichen Verrichtungen und billigen Dingen allerdings zu ſchützen nie zu unterlaſſen gemeinet ſind, zu mehrer und ſchuldiger Behutſamkeit angewieſen werde. *Electa Iur. publ. T. 7. p. 473.* At vero ea propter clerici academiarum catholicarum Profeſſores & Doctores toti iurisdictioni caeſareae & imperii ſe ſubtrahere non poſſunt, ſed ei omnino ſubiacent, ſi in leges imperii impingant, non obſtantibus eorum immunitatibus, quod egregie docuerunt ſtatus euangelici a. 1720. in litteris ad CAESAREM: die pro ſecundo allegirte ſpeciale Befreyung geiſt- und weltl. Rechte kan, da man der Evangeliſchen Geiſtlichkeit dergleichen priuilegia nicht zu gute kommen läßt, ſondern ihnen offt ärger, als Juden geſchiehet, mitfähret, die Römiſche Catholiſche Cleriſey auch, zumalen wenn ſie ſich mit ſchuldig gemacht, im geringſten nicht ſchützen, als welchen, wofern man nicht ſagen will, daß nur denen Geiſtlichen ihre exemtiones und Befreyungen zu dem Ende gegeben worden, daß ſie deſto freyer und ungeſtraffter ſündigen können, in allen denen Fällen keine ſtatt haben, *vbi iniuria a clericis proficiſcitur.* Staats-K. T. 37.

§. IX.

Vt clarius eluceat obligatio academiarum ſacris romanorum pontificum addictarum in Germania ſequentia

quentia momenta in memoriam reuocabimus. I. Abſolute iis opus eſt priuilegio Caeſaris, quod tacito imperii conſenſu conceditur & palmaria verae vniverſitatis ſcientiarum iura confert. Hoc ipſo adgnoſcunt iurisdictionem caeſaris & imperii: priuilegiorum enim conceſſio ſupremi imperii nota eſt V. KVLPIS. *ad Monzamb. P. 2. c. 5. §. 6.* MVLZIVM *repraeſ. maieſt. imp. proleg. c. 11. §. 9. n. 48. ſeqq.* Dum enim imperator profeſſores & doctores excipit a communi reliquorum ciuium obligatione, vt agere queant, quae aliis prohibentur, dum in nonnullis eorum conſcientias onerat e.c. in creandis doctoribus, eo ipſo oſtenditur nexus ſubiectionis & obſequii, niſi etiam aliunde conſtaret. Vrgebat hanc iurisdictionem & obedientiam CAESAR iuſtiſſimus in cauſſa Colonienſi iam commemorata doctoresque ac profeſſores illius academiae ſuis adnumerabat ſubditis ciuibus: Nebſt dieſem haben imgleichen obgedachte geiſtliche Doctores auf unſere Anfangs erwehnte Kayſerl. Verordnungen ihre Vorſtellungen eingebracht, und an ſtatt unſren gerechteſten Gebot gehorſamſte Folge zu leiſten, ſchlechthin und ohne etwas neues Grund habendes anzubringen, gebeten, erſtgedachtes Gebot und die Sequeſtria aufzuheben . . . . Gleichwie aber bey ſo bewandten vorausgeführten Umſtänden

es

es um unſer allerhöchſte Kayſerliche Jurisdiction und Reſervation zu thun und Wir dergleichen zu Schmälerung derſelben Autorität gereichende Eingriffe und Unförmlichkeiten keines weges gedulden, dem dortigen Päbſtl. Nuntio auch wir und das Reich länger, als uns ſelbſten anſtändig seyn mag, oder offtgedachten Adminiſtratori einen ungeziemenden Dominat im Reich über unſre Unterthanen und weltliche Perſohnen um deſto weniger geſtatten wollen noch ſollen, als daraus im Reich nicht nur die ſchädlichſte Folgerungen erwachſen, ſondern auch auf dergleichen Art und Weiſe alle unſere gerechteſte Verordnungen umgekehrt und illudiret werden, mithin daraus weit ausſehende Verwirrungen des ſtatus publici zu beſorgen seyn. *Electa I. P. T. 7. p. 471. ſq.* Praecipit deinde vi iurisdictionis ſuo legato p. 472. du auch erſtgedachten doctoribus eccleſiaſticis beyliegendes Decret zuſtellen ſolleſt, Krafft welchen Wir ihnen einen nochmaligen zweymonatlichen terminum ad parendum mit der Warnung anſetzen, daß Wir widrigen falls gegen dieſelbe mit aller Schärffe Reichs-Satzungs-mäßig verfahren würden. Alia capite ſecundo adferemus.

§. X.

II. Legibus illis imperii certo obligantur, quae privatos omnes in imperio reſpiciunt & vniuerſale ob-

ſequium ab omnibus, cuiuscumque ſint generis & conditionis, publicae tranquillitatis cauſſa poſtulant, vt apparet ex verbis R. I. nouiſſ. §. 6. quae ſupra §. 1. adduximus. Quae obligationis neceſſitas ita in oculos incurrit, vt ab hominibus perfrictae frontis negari non potuerit. Poſtquam P. VSLEBER profeſſor iuris canonici in *diſſ. de vetere & moderna eccleſiae diſciplina* nefanda ratione debacchatus erat in reformatae religioni addictos, quos ore gladii, non gladio oris perſequendos, ignis extremo ſupplicio exſtirpandos dixerat, addit p. 99. *quae tamen omnia ita intellecta volumus, ſi id absque laeſione publicorum federum, quae ſancta eſſe debent, aliorumque grauiorum malorum periculo fieri poſſint.* Quum ergo ipſe adgnoſcat pactorum publicorum fidem & ſanctitatem, cur ipſe violat obligationem iis debitam & zelo improbiſſimo & ſcelerato legibus imperii prorſus contrario iugum obſequii excutit? praeſertim, quum p. 94. tolerantiam diuerſae religionis ſociorum ob leges imperii admittendam eſſe non diffiteatur: *non mihi imperii*, inquit, *receſſus*, *legesque publicas & humani commercii officia opponite, haec enim communionem cum haereticis in neceſſariis quidem licitam facere poſſunt, ſed vltra neceſſaria ad familiaritates & amicitias animae veſtrae periculoſas atque adeo Legi diuinae derogare ne-*

nequeunt. Quaſi leges decori non ſint leges diuinae, quae officia humanitatis, caritatis, aequitatis, beneficentiae in quemuis hominem, cuiuscumque ſit religionis, praecipiunt. Enimuero Leges imperii non curant contradictiones hominum, quos praeiudicia vexant odiumque plus quam vatinianum in caecos impetus abripere ſolet: obligatio earum etiam refractariis hominibus incumbit, *non attenta cuiusuis ſeu eccleſiaſtici ſeu politici intra vel extra imperium quocumque tempore interpoſita contradictione vel proteſtatione, quae omnes inanes & nihili vigore horum declarantur. I. P. W. art. V. §. I.* Caeſar quoque obligatur *capit. nouiſſ. art. 2.* vt reiiciat placita omnia paci weſtphalicae contraria: Wir ſollen und wollen alle wider den Friedens-Schluß eingewendete proteſtationes und contradictiones, ſie haben Nahmen, wie ſie wollen, und rühren, woher ſie wollen, nach Beſag erſtgedachten Friedens-Schluß verwerffen und vernichten, wie ſie denn auch längſt verworffen und vernichtet ſind.

§. XI.

III. Subſunt academiae catholicae in rebus ciuilibus dominis territorii adeoque per nexum eorum ſubordinatum ſupremae quoque iurisdictioni caeſaris & imperii. Nanciſcuntur enim academiae indultu & conceſſione conditorum ſuorum, principum

& ſtatuum imperii iurisdictionem, quam exercent: illi priuilegia ſcholarum *authent. habita C. ne filius pro patre* ac in iure ciuili obuia confirmant, augent ſibique hanc iurisdictionem ſubordinant v. HILDEBRAND *de iurisdictione vniuerſa c. 5. poſit. 4. p. 49.* Domini autem territorii legibus imperii tenentur, quosuis ſub ſua iurisdictione comprehenſos in obſequio in caeſarem & imperium continere adeoque tantum abeſt, vt iurisdictio territorialis ſtatuum catholicorum academias iurisdictioni imperii excipiat, vt potius hanc conſtituat & firmet. Ea propter CAESAR auguſtiſſimus a. 1714. in cauſſa Colonienſi improbat Senatus huius ciuitatis imperii negligentiam in exſequendis Caeſaris mandatis circa ſuam academiam: Alſo haben Wir in dieſer zur weltlichen und unſer allerhöchſten Kayſerl. Iurisdiction ohnſtreitig gehörigen Sache gnädigſt entſchloſſen, daß dem Magiſtrat unſrer Stadt Cölln nicht nur ſeine Kaltſinnigkeit und Vollziehung unſrer gnädigſten Verordnungen mit nochmaligen Ermahnungen und Anſetzung eines zweymonathlichen Termini ad parendum a die inſinuationis computandi ſcharff verhoben wird. *Electa iur. publ. T. 7. p. 742.* Litibus exortis a ſenatu academico in dominum territorii in rebus ciuilibus prouocatur. Teſtem habemus NEVMANNVM *de* PVCHHOLTZ Profeſſorem codicis Pragenſem *in not. ad*

Schwederi

Schwederi I. P. p. 101. obſerua in Vniverſitate Pragenſi cancellarium ius recipiendi appellationes a magiſtratu academico non habere, ſed in cauſis temporalibus ad regium tribunal appellationis, in cauſis vero ſpiritualibus ad nuntium apoſtolicum vel ad ſummum pontificem appellationem interpellandam eſſe.

§. XII.

IV. Neque hic pontificis romani auctoritas in praeiudicium caeſaris & imperii allegari poteſt, a quo nonnumquam Profeſſores academiarum catholicarum ſub ſpecie ambitus rerum ſpiritualium, muneris mere eccleſiaſtici aliarumque friuolarum exceptionum, deciſionem cauſſarum ciuilium quaerere & exſpectare ſolent. At vero CAESAR obligatur *capit. nouiſſ. art. 14.* conſenſu procerum imperii omnium cum *ſecularium, tum eccleſiaſticorum*, ad impediendos eiusmodi conatus & puniendos eorum auctores: gleicher Geſtalt wollen wir, wenn es ſich etwan begeben, daß die cauſae ciuiles von ihren ordentlichen Gericht im heiligen Reich ab und auſſer daſſelbe ad nuntios apoſtolicos oder wohl gar ad curiam romanam gezogen würden, ſolches abſchaffen, vernichten und ernſtlich verbieten, auch unſren Kayſerlichen Fiſcalen ſo wohl an unſerm Kayſerl. Reichs-Hoff-Raht als Cammergericht anbefehlen, wieder diejenige ſo wol Partheyen, als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die ſich hin-

führo dergleichen anmaſſen und darin einiger Geſtalt gebrauchen laſſen würden, mit behöriger Anklage von Amts wegen zu verfahren, damit die Ubertretere demnechſtens gebührend angeſehen und geſtraffet werden mögen. Quomodo imperatores data occaſione ſuo officio magna auctoritate ſatisfecerint §. 8. expoſuimus, vbi etiam oſtenſum eſt, in rebus mere eccleſiaſticis clero romano appellandi ius ad iudices eccleſiaſticos ſuperiores, nuntios apoſtolicos ipſumque pontificem romanum nullo modo denegari, quibus in rebus etiam academiis catholicis via haec non praecluditur.

§. XIII.

Hac occaſione notari meretur, in cauſſis mere eccleſiaſticis iurisdictionem caeſaris & imperii non quoque porrigi ad academias euangelicae religioni addictas. Quum enim ſtatus catholici cum ciuibus ſuis per placita ſuae religionis nullam in iis cognitionem multo minus deciſionem laicis adeoque nec caeſari & imperio permittant, ſed ſoli iurisdictioni eccleſiaſticae epiſcoporum & pontificis romani ſe ſubmiſerint: per pacem autem weſtphalicam *art. V. §. I.* ſtatibus euangelicis eorumque ſubditis ciuibus *aequalitas exacta mutuaque* conceſſa fuerit & confirmata, *ita vt quod vni parti iuſtum eſt, alteri quosque ſit iuſtum*: praeter ea

ea ſecundum *I. P. W. art. V. §. 48.* Ius dioeceſanum & tota iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus inter illos ſuſpenſa ſit & ius circa ſacra ab iis vi ſuperioritatis territorialis exerceatur, hinc prono fluit alueo, contra academias euangelicas nihil eorum vrgeri poſſe, eas potius in rebus eccleſiaſticis a ſolo domino territorii dependere. Quidquid itaque catholicae academiae ad forum eccleſiaſticum trahunt & in quo iurisdictionem caeſaris & imperii per dogmata ſuae religionis declinare debent, in eo quoque academiae euangelicae eamdem adgnoſcere vel admittere non tenentur. Ne quidem a ſummis imperii tribunalibus definiri ſibi patiuntur, quae cauſae eccleſiaſticis adnumerari debeant, ſed nituntur ſtatuum evangelicorum ſententia a. 1716. declarata: und werden Ew. Kayſerl. Majeſtät nach dero weltgeprieſenen aequanimität und Iuſtitz-Liebe den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten, Churfürſten, Fürſten und Ständen zu keinem Ungnaden deuten, daß ſie dieſe Frage, ob dieſes oder jenes cauſa religionis ſey oder nicht, der Diiudicatur und Deciſion der höchſten Reichs-Gerichte nicht unterwerffen können. Staats-K. T. 27. p. 754. Hanc enim decidendi auctoritatem neque catholici ſummis imperii dicaſteriis relinquunt nec permittere poſſunt, quum ex ea maxime pendeant iurisdictionis ſaecularis & eccleſiaſticae

ſticae limites totaque rei diſquiſitio ingrediatur intimam religionis & eccleſiae eam conſequentis conſtitutionem. Nec ſemper eos, qui iuſtitiae imperii adminiſtrandae praeſunt, a ſtudio partium alienos fuiſſe iudicarunt ſtatus imperii euangelici in grauaminibus contra iudicium aulicum a. 1711. prolatis: Ja es werden auch die Worte: geiſtliche Sachen, in einem ſolchen Verſtande genommen, daß man ſolche nur gleichſahm ad articulos fidei, deren Unterſuchung jedoch notorie hieher nicht gehörig, reſtringiren, hingegen andere Materien, die doch von denen Catholiſchen pro eccleſiaſticis und a proteſtantibus pro cauſis conſiſtorialibus gehalten werden e. g. cauſae matrimoniales, decimarum &c. gänzlich ausſchlieſſen will. *Electa I. P. T. 7. p. 176.* Obiicitur academiis ſtatuum proteſtantium, placita ipſa earum circa ambitum rerum eccleſiaſticarum ita eſſe comparata, vt multas res ex illarum finibus exterminent: iudiciis imperii non eſſe imputandum, ſi fundamentis euangelicis inſiſtant & cauſſas ſuo foro vindicent, quas doctores plerique in academiis euangelicorum cauſſis ciuilibus & non eccleſiaſticis accenſeant. Verum enimvero leges imperii & pacta publica circa exercitium iurisdictionis caeſaris & imperii & circa fines iurisdictionis eccleſiaſticae normam agendi non conſtituunt ſententias docentium in academiis vel placita huius vel illius

ſocie-

ſocietatis chriſtianae, ſed paritatem iurium & ſtri-ctiſſimam aequalitatem ſtatuum euangelicorum & catholicorum, vt quae vni parti eccleſiaſtica eſſe a iudiciis imperii conceduntur, alteri quoque parti concedi neceſſe ſit, quidquid etiam ſentiat de illarum rerum natura.

§. XIV.

Admittit haec obligatio in caeſarem & imperium varias comparationes: videtur enim collidi nonnumquam poſſe obligatio in caeſarem cum ea, quae eſt in imperium: vtraque etiam committi poteſt cum obligatione in dominum territorii, vt vtrisque ſimul ſatisfieri nequeat. Videndum ergo, quarum altera alteri praeualeat, ne officio ſuo detrahant academiae vel in leges imperii, dum vni vel alteri debita obſequia praeſtant, grauiter impingant. Quod ad primum attinet, num academiae Caeſari magis, quam imperio ſiue ſtatibus omnibus coniunctim & in corpore ſpectatis obligentur, primo intuitu maior obligatio pro caeſare militare videtur, qui caput eſt imperii, ſuo nomine leges promulgat, & ſolus priuilegia concedit academiis. Verum, ſi curatius habitum imperii inſpiciamus facile patebit, hic aequalem obligationem locum inuenire nec in ſtatu ordinario im-

perii colliſionem illarum obligationum oriri poſſe. Status enim imperii coniunctim ſumti conſortes ſunt imperii & cum caeſare in comitiis iura maieſtatis exercent: cuncta enim belli pacisque negotia eorum conſenſu decernenda & peragenda ſunt, quod ex *I. P. W. art. 8.* & ex capitulationibus in vulgus notum eſt. Hinc ſummum imperantem, ſummam maieſtatem in imperio conſtituit caeſar & imperium: ab his proficiſcitur vis obligandi ciues imperii in vniuerſum, leges omnes imperii mutuo conſenſu ab iis conduntur & per decorum imperii Germanici a capite imperii Caeſare promulgantur. Non pertimeſcenda hic eſt colliſio voluntatum vel legum diuerſarum, ergo nec obligationum. Caeſar numquam ſolus aliquid praecipiet inuito toto imperio nec imperium aliquid praeſcribere poteſt ciuibus, inuito caeſare & contraria iubente. Decreta Caeſaris non obligant imperium, niſi adſit conſenſus ſtatuum imperii vel denuo vel antea praeſtitus: imperii autem placita legis valorem non adipiſcuntur, niſi caeſar eadem rati habuerit. Quod ſi caeſar aliquis id ſibi ſumeret, vt non conſultis imperii ordinibus leges ſtatueret pro lubitu & ſuis praeceptis toti imperio aduerſaretur, placita haec ipſo facto forent nulla ſecundum *cap. nouiſſ. art. 16.* adeoque nec imperii nec obſequii haberent rationem, nec iu-

ris

ris nec obligationis conſequerentur effectum vid. BOCLERI *legislator. German.* & iuris publici ſcriptores tantum non omnes. Neque ex priuilegio caeſaris academiae conceſſo aliquid pro maiori obligatione in caeſarem colligi poterit: conceduntur enim non tantum tacito imperii conſenſu aus Käyſerlicher und des geſammten Teutſchen Reichs Gnaden und Milde, vt ſupra oſtenſum. Sed etiam in honorem imperii & emolumenta, vt nihil quidquam iuribus imperii detrahere debeant. Si obligationi in imperium derogarent, laederent ius quaeſitum ſtatuum imperii eorumque libertates adeoque nulla forent. *capit. Ioſephi art. 3.*

§. XV.

Momentoſa magis quaeſtio eſt de comparatione obligationis in caeſarem & imperium cum obligatione in principem ac dominum territorii. Hae enim inter ſe frequentius contendi poſſunt, vt recte obſervat HENNIGES *ad I. P. W. ſpec. 4. mant 1. §. 25. p. 16. interea tamen quum in hanc poteſtatem territorialem, cuius auctoramento iſta ſtatu, omnia agunt, reipublicae ius quoddam ſit ſuperius maiusque, quod vbi concurſus vtriusque ſit, in vſu & imperandi ordine praeualet, vt ſubditos aliquando reipublicae etiam iuſſibus obtemperare oporteat. Imo cum imperio multis modis liceat mediatis etiam ſubditis imperare quaedam aut*

vetare, quae territorii dominus contrario mandato prohibere aut impedire non poteſt. Vti ſunt mandata inhibitoria, auocatoria, reſtitutoria, compulſoria: & in ſumma, quotiescunque mandatis, citationibus vel edictis res geritur. Rurſus ex aduerſo, quum & ſtatibus & eorum ſubditis ius fasque ſit, etiam non obedire imperio caeſaris, quin ſe quoque vi opponere eam forte ob cauſam illatae, quando obſequium ſeruitiumque exigitur contra legum fundamentalium vincula, contra conſtitutionum imperii praecepta, contra legis regiae ſolenni iuramento firmatae religionem vno verbo contra iura & libertates ſtatuum. Operae pretium omnino eſſe videtur, certam conſtituere agendi normam, quam ſequi debeant academiae ſtatuum imperii, quotiescumque imperator & dominus territorii contraria praecipiunt, vt vtrisque ſatisfieri per rerum naturam nequeat. Tantum vero habet poteſtatis & iurisdictionis caeſar & imperium in ſubditos ciues mediatos, quantum mutuo conſenſu pactisque publicis ei reſeruatum eſt. Si caeſar & imperium ea iubeant ciues, in quibus communi conſenſu domino territorii nullum impediendi vel prohibendi ius eſt ſecundum leges imperii, in iis omnino ciues mediati magis ſequi debent iuſſa imperatoris, quam domini territorialis. Sic, quando princeps imperii contra caeſarem & imperium eiusque aperta iura conſilia agitat & mandata promulgat, obſequium in caeſarem & imperium praeferendum eſt. Mutuo

enim

enim conſenſu ſtatuminatum in I. P. w. art. 8. §. 2. vt ſtatus iure ſuo territorii vtantur, *ſaluo per omnia iuramento, quo quisque imperatori & imperio obſtrictus eſt.* Vbicumque autem territorii dominus ea iubet, in quibus iure ſuo liberrime vti poteſt legesque imperii plenam libertatem ei reliquerunt vel vbi nihil iuris caeſari & imperio reſeruatum eſt, in iis ciues mediati iuſſum ſui principis ac domini recte praeferunt eique ſoli obedientiam praeſtant. v. HENNIGES l. c. HORN *l. P. c. 51.* §. *3.* STRVVE *Synt. I. P. c. 26.* §. *45. p. 1277.* LYNCKER *de religione obſequii.*

§. XVI.

His iactis fundamentis in propatulo eſt academias & profeſſores earum iuſtiſſime obſequio ſuo praeſto eſſe caeſari & imperio, ſi princeps vel dominus territorii eos incitet, vt in diuerſae religionis ſocios manifeſtas contumelias iaciant, probris omnibus dogmata ſibi contraria onerent, claſſicum belli in iſtos canant, caeſaris iura arrodant, pontifici romano iurisdictionem in caeſarem & imperium adſerant &c. in his enim omnibus ius prohibendi competit caeſari & imperio legesque imperii communi conſenſu latae aliud inculcant. Quare nullum ius eſt dominis territorii ciuibus ea imperandi. Sed ſi caeſar academiis

dogmata vellet iniungere illarum religioni contraria, ſi placita imperet, libertati imperii vel ſtatuum vel domini territorii aperte praeiudicantia, ſi defendi velit contra pacta publica imperii, ſi pro auctoritate iubeat detrahere obſequium domino territorii vel leges promulget inconſultis vel plane inuitis imperii ordinibus, ſi dominum territorii contra fidem capitulationis, iura ſtatuum moresque imperii armis perſequatur iuſſibusque, quibus vinculum obſequii ciuium ſubditorum ſoluere velit &c. recte adhaerent ſuo principi eiusque mandatis. In eiusmodi enim negotiis inuiolabile ſemper manet vinculum ſubiectionis homagio firmatum, quo ſuo domino adſtricti ſunt, quum contra caeſari nullo ſpeciali pacto, nullo ſacramento, nullis imperii legibus alligentur. Protectio caeſarea, in quam receptae ſunt academiae, in ſubſidium hic vocari non poteſt, vt probe obſeruat SCHÜTZIVS *exerc. I. P. VI. §. 17. p. 385. Caeſaris protectio, circa ſubditos mediatos ſiue ſtatuum ſemper horum iuri territoriali poſtponitur eaque ſalua intelligi debet. conf. R. I. 1548. 1529. §.* Wir auch Churfürſten *1555. §.* Es ſoll auch kein Stand *1544. §.* doch ſoll kein Stand. *verb.* daß keiner des andern Unterthanen, ohne ihrer Obrigkeit Wiſſen und Willen, anders, dann wie es jederzeit bey Römiſchen Kayſern und Königen Herkom-

kommen iſt, in Schutz und Schirm annehmen ſolle. Priuilegia quoque academiarum, quot quantasque etiam immunitates elargiantur, intelligenda tamen ſemper ſunt, ſalua dominorum territorii, a quibus conduntur & ſucceſſorum ſuprema iurisdictione, quod expreſſis verbis, vt ſupra obſeruauimus, inſeri ſolet. *capit. nouiſſ. art. 1.*

§. XVII.

Inde iudicare licet de obligatione academiarum euangelicarum circa doctrinam de ſimultaneo religionis exercitio, quam ſtatus euangelici iis commendari volebant. Nam a. 1719. in comitiis corporis euangelici adgnoſcebatur, in illam doctrinam errores varios irrepſiſſe, opitulantibus ipſis ſcriptoribus euangelicis: ſaniorem doctrinam legibus imperii innixam comprehendi ſcripto: Ungrund des ſimultanei, quod eam ob cauſſam in docendi normam omnibus academiis euangelicorum proponendum ſit: ſo hat man gut geſunden bey Einſendung deſſelben an allerſeits höchſte und hohe Herren Principalen auch obere und committenten, diejenige, welche hohe Schulen und Vniuerſitäten in ihren Landen und Gebieten haben, nomine corporis gebührend zu erſuchen, daß in dieſem Fall bey denenſelben ſich kein Bedencken finden, ſondern ſelbiger Aufſatz gnädigſt approbiret werden ſollte, dieſelben geruhen möch-

möchten, vorbemeldte Schrifft ſub rubrica: Ungrund des ſimultanei &c. auf ſolche ihre hohe Schulen und Academien zu ſenden und denenſelben nachdrücklich aufzugeben, daß ſie nach ſolcher aus den Reichs-Satzungen genommener Regul, ihre Lehren und principia einrichten und darnach ſich achten ſollen. v. **Staats-K.** *T. 35. p. 380. ſq.* Diſplicuerunt haec euangelicorum conſilia CAESARI, qui in decreto comitiis exhibito a. 1720. improbauit: daß ſie zu gleicher Zeit einſeitige anderweite in ſich vorhin nach denen Reichs-Satzungen nichtige concluſa unter ſich gemacht, und darinnen gantz unordentliche zu des teutſchen Vater-Landes völligen Zerrüttung allerdings Reichs-Grund verderbliche principia feſt zu ſtellen ſich angemaſſet haben ſolle, als da unter andern ſeynd, auf die aus Kayſerlicher und des geſammten Reichs Gnaden und milde errichtete und priuilegirte Vniverſitäten oder hohen Schulen und Academien im Römiſchen Reich, gewiſſe neuerliche zu nichts, als zu Uneinigkeiten, Trennung und Unruhen unter Haupt und Gliedern und dieſen unter ſich ſelbſt abzielende und in denen gemein-bündigen Reichs-Satzungen nicht erweißliche oder erfindliche Stücke abzuſchicken, und denen Profeſſoribus nachdrücklich aufzugeben, daß ſie nach ſolchen ihre Lehren und Principia einrichten und darnach ſich achten ſollten. Additur in ſequentibus: Eben dahero könnten Ihro Kayſerl. Maj. zu Beybehaltung gemeiner Ruhe, Einigkeit und Rechtens und zu wahren Begriff, Lehre und

und Verſtand deren Reichs-Satzungen nicht geſtatten, denen Profeſſoribus auf denen mit Kayſerlicher Erlaubniß und Priuilegien im Reich aufgerichteten Vniuerſitäten oder hohen Schulen zu ändern, als denen Reichs-Satzungs-mäßigen Lehr-Stücken ꝛc. einigen Anlaß zu geben. . . . . Widrigen Falls die ohnerfindliche, dem gemeinen Weſen Grund-verderbliche Principia, wie man dermahlen zu ſtatuiren ſuchet, freylich noch weiters einſchleichen würden und müſten, wogegen und wider alle ſolche neotericos Ihro Kayſerl. Majeſtät Dero Reichs-Fiſcales nochmalen zu der ſtrengeſten Beobachtung ihres Amts vielmehr anzuhalten, widrigen Falls auch denen Vniverſitäten ihre Priuilegia zu caſſiren, auch ſie mit ernſthafften Straffen geſtalten Dingen nach anzuſehen genöthiget ſeyn würden. **Staats-K.** *T. 36. p. 439. 451. ſq.* Conquerebantur non tantum ſtatus euangelici hac de re coram principe commiſſario in comitiis: v. **Staats-Kanzley** *T. 36. p. 612.* ſed etiam CAESARI iuſtiſſimo deuotiſſimis litteris a. 1720. repraeſentabant: Wann in Conformität der Reichs-Geſetze und zu Verhütung ſchädlicher und böſer Auslegung, Reichs-Stände ihren unterthänigen Academien nicht mehr ſollten befehlen können, wo würde es endlich mit denen iuribus ſtatuum hinkommen? **Staats-K.** *T. 37. p. 628.* oſtendebant porro, doctrinam de ſimultaneo academiis ſuis commendandam, legibus imperii & iu-

iudicatis ſententiis ſummorum imperii tribunalium congruentem eſſe & conuenientiſſimam.

§. XIIX.

Quod ſi academia, ſtatuum imperii vel nonnulla eius membra obligationem in caeſarem ſusque deque habuerint vel crimina, publica animaduerſione digna, commiſerint, merito indagandum, num Caeſari competat ius irrogandi poenas ſine interuentu domini territorii. CAESAR auguſtiſſimus iis academiis, quae dogmata imperio plane pernicioſa, ſenſum pactorum publicorum inuertentia, excitandis turbis & diſſenſionibus caput inter & membra imperii idonea fouent, minatur, ihre priuilegia zu caſſiren, auch ſie mit ernſthafften Straffen gedachten Dingen nach anzuſehen, quae verba nullo alio ſenſu iuſtiſſimus CAESAR accipienda eſſe vult nec de alio puniendi modo, quam qui legibus imperii non repugnat. Id quod dilucide apparet ex iuſta indignatione eiusdem in doctores iuris canonici Colonienſes a. 1714. vbi in reſcripto ad comitem KÖNIGSEEG admonentur: daß wir wiedrigen falls gegen dieſelbe mit aller Schärffe Reichs-Satzungs-mäßig verfahren würden. *Electa iur. publ. T. 7. p. 472. ſq.* Indicarunt ſtatus euangelici a. 1516. normam legum imperii, certo de Caeſaris laudatiſſima voluntate

rate perſuaſi: ſie ſtellen aber dabey auch außer allem Zweifſel, man werde gegen die Ubertreter hierunter ohne Anſehung der Perſohn oder Religion mit gleichem Eiffer und anbey alſo verfahren, wie es die Geſetze des Reichs mit ſich bringen: inſonderheit nicht die Meinung haben, falls wieder beſſere Zuverſicht der Stände Unterthanen dawieder handeln ſolten, ſie darüber gegen den klaren Inhalt vieler Reichs-Satzungen I. P. O. art. 8. §. 1. C. O. de a. 1495. tit. 12. und 24. Ordnung des Land-Friedens zu Worms a. 1521. tit. 30. C. O. de a. 1555. P. 2. 4. 1. und capitul. nouiſſ. art. 21. von ihrem ordentlichen Richter ab- und unmittelbahr vor Euer Kayſerl. Majeſtät Reichs-Hoff-Raht oder vor das Cammer-Gericht zu ziehen, mithin in der Stände hohe Gerichtbahrkeit einen unleydentlichen Eingriff zu thun. Staats-K. *T. 27. p. 758. ſq.* Poena itaque omnino adficere poteſt caeſar academiam male ſe contra caeſarem & imperium gerentem, ſed per dominos territorii. Noluit ipſe CAESAR alium modum, dum *nouiſſ. art. 21.* circa poenam criminis laeſae maieſtatis ciuium mediatorum in caeſarem & imperium eidem ſubſcripſit: Wir gereden und verſprechen auch, daß wir die Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs die freye Ritterſchafft mit ihrem angehörigen Lehn mit begriffen wann derſelben Vaſallen oder Unterthanen ex crimine laeſae maieſtatis oder ſonſten dieſelbe verwürcket hätten oder noch

 ver-

verwürcken möchten, nach ihren Willen ſchalten und walten laſſen, keines weges aber dieſelbe zum Kayſerl. Fiſco einziehen ---- ſondern die Landes-Obrigkeiten oder dominos territorii mit der Confiſcirung gewehren laſſen. Conf. Lünigs Staats-Conſilia P. 2. p. 1217. Quum LVTHERVS Profeſſor theol. Witteberg. errores romanae curiae adoriretur & ob inſignes pontificis romani motus & minas totius imperii videretur intereſſe, CAROLVS V. LVTHERVM ad comitia euocaturus FRIDERICVM *ſapientem* litteris incitabat, vt eum Wormatiam adduceret ſilentiumque interea imponeret: Begern an dein Lieb mit hohem Vleys, du wolleſt den obbeſtimmeten Lutter mit dir auf den nechſtkünfftigen Reichs-Tag gen Wormbs bringen, ſo wollen wir Jn alda von gelergen und hoch verſtendigen Perſonen gnugſamlich verhören laſſen uud darob ſein, das Jm kein Unrecht oder ichts wider Recht beſtehen ſolle, doch das du zu Verhuttung weytters Unluſts bey den berüerten Lutter ernſtlichen beſtelleſt, und darob ſeyeſt, damit er mittler Zeit in kainerley weg, wie geſchehen möchte, etwas wider Bäbſtliche Heyligkeit oder den Stul zu Rom ſchreib oder ausgeen laſſe. v. D. CYPRIANI *addit. ad* **Tenzel Hiſt. der Reformat.** *P. I. p. 481.*

§. XIX.

Idem dicendum de poteſtate tollendi priuilegia, quae a cae-

a caeſare etiam ſecundum leges imperii exercetur. Illi enim mutuo conſenſu reſeruatum eſt ius concedendi priuilegia: vnde colligitur, regulariter ipſi quoque reſeruatum eſſe ius aufferendi, ſaluis tamen ſemper legibus imperii & obſeruantia. Notum autem eſt, priuilegia *pactitia* vel *conuentionalia* titulo oneroſo adquiſita et pretio emta irreuocabilia eſſe: tranſierunt enim in vim & naturam contractus, cuius fidem etiam ſeruare tenetur imperator. V. VITRIAR *l. I. P. L. 3. tit. 17. n. 72.* PFEFFING. *ad h. l. T. 3. p. 1242. ſqq.* Staats-Kanz. *T. 17. p. 308. T. 19. p. 172.* vbi conſenſus copioſorum ſcriptorum docetur. Quod ſi etiam academia peccaſſet in caeſarem & imperium, vt digna foret, cui adimerentur priuilegia, non tamen puto, priuilegii ſublationem poenam eſſe delictis academiae conuenientem: punietur enim magis dominus territorii, qui in ornamentum & vtilitatem ſuorum ciuium priuilegium condendae academiae petiit a caeſare & impetrauit: cui quoque eripi non poteſt ob delictum membrorum academicorum, quum ſtatuum priuilegia *capit. nouiſſ. art. 1.* ſanctiſſime confirmata eſſe reperiantur & inconcuſſa ſemper ſtare debeant: Wir ſollen und wollen, auch Churfürſten, Fürſten und Ständen ihre . . . . Priuilegien . . . ohne Weigerung und Aufhalt in beſtändiger Form confirmiren, ſie auch

dazu als Röm. König handhaben und ſchützen. Si haec poena ſaltem academiam ſpectet, illa ſecundum *capit. nouiſſ. art. 21.* conſenſu domini territorii infligenda adeoque inuito domino priuilegium academiae eo in caſu tolli nequit.

§. XX.

Ad quaeſtionem, num caeſari ius competat ſtatum Academiarum vel nonnulla eius momenta circumſtantia ſua auctoritate immutandi, diſtincte reſpondendum eſt. In rebus ad religionem & eccleſiam mere] ſpectantibus caeſarem nolle ius ordinandi vel mutandi aliquid ſibi ſumere, idque apud academias catholicas non licere per fundamenta ſuae religionis, apud euangelicas propter ius vrgendae perfectae aequalitatis ſecundum *I. P. w. art. V. §. 1.* ſupra oſtenſum eſt. In rebus ciuilibus mutare aliquid licet conſentiente domino territorii eiusque interuentu 1.) ſi inſtituta irrepſerint legibus imperii plane contraria. Ipſe enim leges imperii promulgandae ſunt ciuibus mediatis per dominos territorii & mandata imperatoris exſequutioni mandanda, quod eo magis obſeruandum iis in caſibus, quando aliquid in terris principum variandum & corrigendum eſt. Sic in edicto de non laedendis religionibus & legibus in academiis a. 1715. monentur ſtatus imperii: daſern nun einige

geiſt-

geiſt- oder weltliche Obrigkeit, im Reich, welche die auch immer wäre, oder wie ſie immer Nahmen haben möchte, in Erkundigung ſolcher Dinge nachläßig handeln, oder die angezeigte oder ſonſt wiſſentliche Ubertretung nicht mit behörigen Nachdruck abſtellen und beſtraffen, oder auch vielleicht gar mit denen, ſa dawieder handeln, ſich unter der Hand verſtehen und Unterſchleiff geben würde &c. Staats-K. *T. 26. p. 734.* 2.) Si aliquid in academia contra ſenſum priuilegii Caeſarei fuerit introductum: ſolius enim imperatoris eſt, priuilegii conceſſi ſenſum definire, ſi dubium de eo ortum fuerit. v. MÜLDENER *ad capit. Ioſ. p. 257.* SCHWEDER *de reſeruatis imperat. §. 33.* Exemplo eſſe poteſt abuſus diplomatis comitiuae, ſi academia conceſſam poteſtatem vltra limites diplomatis extendere vellet. 3.) Si lis ad caeſarem delata fuerit de inſtitutis nonnullis academiae, quae turbis perpetuis anſam dare videantur, caeſar tamquam ſupremus iudex decreto ſuo cauſam diſcordiae tollere & prohibere poteſt: non tamen praetereundus eſt dominus territorii, cui mandare fas eſt, vt ea, quae in ſua academia turbis litibusque ciendis ſunt idonea, antiquet abrogetque. Nec aliter CAESAR in negotio colonienſi, qui nominationem profeſſorum iuris ciuilis commutaturus praecepit: daß dem Magiſtrat unſrer Stadt Cölln verboten werde führohin keinen Geiſtlichen mehr ad ordinariatum

riatum & lectionem iuris ciuilis zu nominiren. *Electa I. P. T. 7. p. 472.* Ex quibus intelligere licet, quo ſenſu TITIVS *ſpec. l. P. L. 4. c. 3. §. 36.* dixerit: *caeſarem nec in conſtitutam academiam vllum ius habere, ſed eamdem ſoli ſtatui ſubeſſe.*

CAP. II.

De officiis academiarum Germaniae in caeſarem & imperium ſpeciatim.

§. I.

OFficia academiarum Germaniae eo curatius explananda, quo maiorem vim habent academiae in animos iuuentutis & per eosdem in regiminis, religionis, tranquillitatis ſtatum publicum. In academiis iaciuntur fundamenta opinionum, quae per totam vitam, per omnem reipublicae habitum ſe diffundunt & non tantum ſciendi, ſed etiam agendi principia ponunt continentque, vt iis opitulantibus animi adſuefiant vel veritati vel errori, vel vitio vel virtuti vel amori in caeſarem & imperium vel odio, vel faſtidio libertatum Germaniae vel deſiderio earum, vel zelo iniquiſſimo in ſocios diuerſae religionis vel aequitati in iis excuſandis, ferendis, tolerandis. Nouerant pontifices romani, quantum interſit dominatus ſtabiliendi, ſcholas & academias ſiue inſtitutionem iuuen-

iuuentutis habere in ſua poteſtate, quantum conferat ad inferendum iugum abſolutae potentiae, ad fouendam ſuperſtitionem, ad continendos homines in obſequio & ad firmandam curiae romanae reuerentiam, quae alias infirmo niteretur talo. Inde omnem mouerunt lapidem, vt a ſuo nutu docentes & diſcentes in academiis penderent, quo veritates ſibi noxiae ſupprimi, dogmata e contrario ſuis auſibus inſeruientes inculcari, propagari altioresque radices in animis hominum agere poſſent. Rem omnem exponit PVFENDORFFIVS **geiſtl. Mon. des Stuhls zu Rom** *§. 34. p. 285. ſq.* Worinnen, was für conſequence ſtecket, klar genung iſt, weil alldar, die künfftig andre lehren oder ihnen vorſtehen ſollen, ihre opiniones faſſen, die ſie hernach ſelbſt in ihren Leben würcklich darthun und an andre fortpflantzen. Dannenhero würden die Academien und darauf getriebene Studia ſchon ſo eingerichtet, daß ſie des Papſtes intereſſe in allen fügeten. Und zwar ſo waren nicht allein die Profeſſores Theologiae, die ſich die Ober-Stelle zugeeignet hatten, des Pabſtes Creaturen, ſondern auch die Profeſſores iuris canonici, die geſchäfftig waren des Pabſtes Hoheit und ſeine der Chriſtenheit aufgedrungene decreta zuſammt der chicane auszubreiten. Angeſehen eben das Ius canonicum den langweiligen Rechts-Proceſſ ausgehecket, nachdem die Cleriſey ſo viel Iurisdi-

ction an ſich gezogen, damit ihr Geitz deſto mehr Anlaß hätte, den Partheyen Geſchencke abzunehmen, Es waren auch die meiſten Philoſophi des Pabſtes mancipia, ſo daß wenn gleich einer auf den Grund der Sachen hätte ſuchen wollen, er gleich von den andern wäre unterdrücket worden. Die Theologie und Philoſophie, ſo man auf ſelbigen Academien lehrte, war gar nicht dahin angeſehen, daß die Leute ſollten gelehrter und klüger davon werden, ſondern daß ſich die guten Ingenia mit dunckeln und leeren Grillen aufhielten, damit ſie von gründlicher Wiſſenſchafft derjenigen Dinge abgehalten würden, die ihnen des Pabſtes Betrügerey zu erkeñen Anlaß geben konten. Quid nocuerint academiae ad voluntatem praeſulis romani compoſitae caeſari & imperio in iure circa ſacra, quod iis eripuerat, ſtabiliendo & adſerendo, egregie expoſuit THOMASIVS *in hiſt. content. imperii & ſacerd. append. c. 2. p. 558. Si non vnica, ſaltem primaria & praecipua fuit ipſa academiarum multiplicatio & per eas vniuerſalis propagatio impedimentorum, ne ius circa ſacra reſtauraretur. Prima academiarum a Papis olim inſtitutarum intentio fuit, principes & reges Papis ſubiiciendi. Ergo & earum multiplicatio in papatu regibus non prodeſſe potuit, ſed neceſſario nocuit. Theologi omnes in loco de magiſtratu politico ſubiiciebant reges, non papae ſolum, ſed vniuerſo clero. Omnes academiae etiam hoc ſaeculo inſtitutae idem docebant, alias papa eas non introduxiſſet. ICtorum profeſſio prima-*

primaria erat profeſſio iuris canonici: & hoc laicos omnes, regibus nequaquam exceptis, docet eſſe non multum meliores mulis & aſinis. Canoniſtae omnes in doctrina de iure circa ſacra ſupponebant vt articulum fidei, diſtinctionem inter poteſtatem internam & externam & inde profluentes diſtinctiones, inter caput temporale & ſpirituale, inter papo-caeſariam & caeſareo papiam. Sed hic eſt articulus fundamentalis extorquendi regibus ius circa ſacra. Ciuiliſtae non audebant non poterant audere, vt hic contradicerent papiſtis, ſed inueniebant in Lib. I. codicis & non paucis Iuſtiniani nouellis tot praeparatoria illius doctrinae ſymbolicae Canoniſtarum, vt non poſſent iis contradicere. Vnde iam illo tempore fiebant doctores iuris vtriusque quum ab initio in praecedentibus ſaeculis ciuiliſtae oppoſiti fuerint a caeſaribus Canoniſtis. A medicis poſtulari iure non poterant emendationes illarum doctrinarum noxiarum. Imo nec a philoſophis, cum philoſophia doceretur eſſe ancilla ſuperiorum facultatum & philoſophi vel carerent profeſſione morali & politices vel in tradendis his diſciplinis cogerentur ſputa lingere theologorum & ICtorum. Conf. GIBELLINI *Caeſar. pap. P. 2. c. 4. §. 8. p. 225. ſq.*

§. II.

Facile doceri poſſet ampliore commentario, academias eccleſiae reformationi obſtitiſſe ſuisque dogmatibus multas papiſmi reliquias inter proteſtan-

ſtantes fuiſſe conſeruatas. Quum a. 1520. LVTHERVS ius canonicum Wittebergae igni tradidiſſet, auctoritas eius cecidiſſet forte penitus in foris proteſtantium, niſi Wittebergenſes ICti HENRICVS *de* GOEDEN *&* HIERONYMVS SCHVRFFIVS eam ſuſtentaſſent aliarumque academiarum iureconſulti inſtituta Wittebergenſium hac in re ſtrenue ſequuti eſſent, quod pluribus oſtendit celeberrimus BÖHMERVS *Iur. eccleſ. poteſt. L. 1. tit. 2. §. 63. ſqq.* Si Viro illuſtri LVDEWIGIO credendum, Caeſares ipſi ſibi praeiudicium attulerunt, quod academias principibus imperii condendas permiſerint: *idem enim imperator omnibus Germaniae principibus id officii impoſuit, vt quilibet in ſua prouincia inſtitueret academiam. Peſſimum rurſus conſilium imperatori. Ex quo enim academias tantum imperator aluit, ex eo profeſſores ſibi ac ſuae tantum auctoritati habuit addictos, qui in ſcriptis doctrinisque nullam ſententiam fouerunt, auctoritati caeſaris aduerſam. Verum, academiis liberalitate principum apertis, horum cauſſa contra caeſarem agi coepit, vt horum libellorum multitudine atque mole caeſarini ſcriptores vere opprimantur.* GIOVANNI *bibl. ſcriptor. ad Germ. princ. p. 10. ſq.* Sed multa ſunt, quae impediunt, quo minus his adſertis ſubſcribere queamus. Illius enim temporis recordari plane non poſſumus, quo imperator tantum academias in Germania

mania aluit. Saeculo XIV. quo primae academiae apud Germanos enatae ſunt, imperatores Lützelburgici ſolam Pragenſem aluerunt, non vt caeſares, ſed vt reges Bohemiae: ceterae academiae, vt ſunt Heidelbergenſis, Vindobonenſis, Colonienſis, Erfurtenſis alebantur a dominis territorii & ciuitatum. Veritati quoque non conſentaneum eſt, profeſſores eo aeuo caeſarum auctoritati iuribusque defendendis fuiſſe deditos: curiae potius romanae mancipati potiſſimum contra Caeſaris & imperii iura militabant, vt §. 1. diximus, eumque in finem priuilegiis pontificum donabantur, vt eſſent inſtrumenta adſerendi ſacri dominatus. Nec putes cum LVDEWIGIO, academiis libertate principum conditis, cauſſam ſtatuum imperii contra caeſarem agi coepiſſe: id potius egerunt docentes iurium publicorum, vt monarchiam caeſaris in imperio adſtruerent, ſtatus imperii in meros ciues ſubditos priuilegiis ornatos converterent, maieſtatem omnem ſoli caeſari vindicarent, ius ciuile romanum in eius gratiam in ſubſidium aduocarent & iura ordinum imperii vix per tranſennam conſpecta a ſola caeſarum clementia ſuſpenderent, nihil iuris proprii, ſolam obſequii gloriam iis relinquentes. Nondum ſaeculi integri aetatem fert libertas, qua, hiſtoria imperii lucem praeferente,

ferente, ſtatuum libertates & imperii & territorii colluſtrari coeperunt. v. SPENER Teutſches *Ius publ. P. I. p. 50.*

§. III.

Satis patere arbitror, academiarum officia alicuius momenti eſſe reſpectu ſtatus imperii & mereri, vt diſtinctius exponantur. Sunt autem vel generalia communem obſequii obligationem inculcantia, quae ſingillatim in obſeruanda caeſaris & imperii iura diriguntur. Generatim debetur caeſari & imperio reverentia, fides & obſequium, quae quum a dominis territorii, a nutritoribus academiarum ſuo modo praeſtentur, multo magis ab academiis exſpectanda ſunt, quae eorum maieſtati per ſuorum dominorum nexum ſubordinatae ſunt & ſubiectae. Docentium in academiis officium requirit, iuuentuti imprimere cultum obſequioſiſſimum magiſtratus: multo magis ipſi doctrinam ſuam exemplo firmabunt, quo ſtudioſae iuuentuti praeire debent. Admonet eos huius officii imperator FRIDERICVS I. *authent. habita (ne filius pro patre): dignum namque, inquit, exiſtimamus, vt quum omnes bona facientes, noſtram laudem & protectionem omni modo mereantur, quorum ſcientia totus illuminatur mundus & ad obediendum Deo & nobis ejus miniſtris, vita ſubiectorum*

iectorum informatur, quadam ſpeciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus.

§. IV.

Adgnoſcentur ſpecialius haec obſequia, ſi oſtendamus, quid academiis in caeſarem, in imperium, in iura caeſaris & imperii, in leges imperii, in religionis in Germania ſtatum, in iuſtitiam, in pacem publicam imperii obſeruandum ſit. Quod ad Caeſarem ipſum attinet, fouenda ſunt in academiis ea dogmata, quae iuuentuti ſummam in caeſarem reuerentiam tamquam in ſupremum imperii caput ſecundum leges imperii imprimunt, cui & ſummi imperii ordines reuerentiſſime adſurgunt. Contra euitanda ſcriptorum nonnullorum adſerta, quae nec veritati nec maieſtati imperatoris eiusque iuribus ſunt conſentanea. In quorum cenſum veniunt abſurdae doctrinae, imperium maius eſſe imperatore, illum miniſtri vices gerere & directoris imperii, ad rationes adminiſtrationis reddendas imperio eſſe obligatum, Caeſarem poſſe puniri ab imperio, comitem palatinum Rheni iudicem eius eſſe in omnibus, etiam, ſit venia verbo, criminibus, de maieſtatis faſtigio deiici poſſe, ſi laeſerit haec vel illa iura imperii vel a capitibus nonnullis pactorum publicorum aberrauerit. Multo minus premendae ſunt actiones imperatoris grauiſſimis

ſuſpi-

ſuſpicionibus vel argumentis ab inuidia ductis, quaſi capitulationi parum ſatisfecerit, promiſſis non ſteterit, libertati ſtatuum inſidietur, abſoluti imperii monſtrum parturiat, in turbis religionis ciendis, fouendis conniueat, iuſtitiam non recte adminiſtret. Querelae iſtae non ſpectant ad iudicia priuatorum nec cenſura haec impudentiſſima ad forum academiarum. Relinquendae ſunt ſollicitudini comitiorum vel vniuerſalium vel particularium, quibus ius competit, ſi quae forte per caeſaris miniſtros legibus publicis contraria admiſſa & commiſſa fuerint, modeſte exponendi & remedia quaerendi. Volunt nonnunquam videri illi, qui eam ſibi in academiis iudicandi licentiam ſumunt, in publicis negotiis naſum rhinocerotis habere & inſignem in patriam amorem zelumque prae ſe ferre, quo quidquid ſaluti publicae contrarium ſit, non poſſint non atro lapillo notare: reapſe tamen probant inſignem animi immodeſtiam, qua reuerentiae in caeſarem immemores animi ambitione aeſtuantis impetum effundunt & ex cenſura iniquiſſima actionum ſummorum imperantium, quarum interiora peruidere priuatis raro datum eſt, gloriolam ab auditoribus aucupantur. Incumbit potius docentibus in academiis officium, quod COMES quondam Schauenburgicus de ſua academia promiſit:

Daß

daß die beſtellten Profeßionen ſich ſchiedlich und unverweißlich gegen der künfftigen Röm. Käyſerl. und Königl. Majeſtät, alß dem höchſten Oberhaupte erzeigen ſollen. F. LVCAE *Europ. Helic. p.* 508. Diram contra violatoribus ſcripſit LANSIVS *in orat.* RVDOLPHI MAXIMILIANI *Saxoniae ducis contra Galliam p.* 303. *ſq. illi ipſummet imperatorem auguſtiſſimum, ipſummet imperium, quod ſacroſanctum nobis eſſe debet, furialiter adoriuntur, decusque Germanicum & legitimum ciuium obſequium per cuniculos, monſtroſarum opinionum ſubruere pro virili conantur. Profana ſcripturientium rabies & dirum cacoëthes, quod in republica & praeſertim in litteraria tolerandum non ſit Nam quum imperator ſit academiarum pater & fons & illius gratia doctores, magiſtri & ſtudioſi, honores & priuilegia ampliſſima conſequantur: qua impietate ſe illaqueant illi, qui ſummum illud imperii & totius chriſtiani orbis caput voce calamoque deprimunt? quanta* ἀχαριστία *collutulant academiae, quae talia dicta ſiue ſcripta impune graſſari permittunt, aut quod grauius, ea cenſuris & teſtimoniis publicis probant?* Conf. OBRECHTI *praefat, ad Böcleri animaduerſ. in Hippolitum a Lap.*

§. V.

Imperium vel ſumitur pro tota compage corporis Germanici, quae caeſarem & imperii ordines formamque omnem complectitur, quae ex nexu iurium

imperii & obſequii prouenit: vel pro ſtatibus, coniunctim ſpectatis, quo ſenſu imperium a caeſare diſtinguitur. Priore ſenſu imperio debetur ſollicita circumſpectio in diiudicanda eius forma & notandis morbis, quae eidem adhaerent. Non debacchandum eſt docentibus academicis in omnia, quibus a communi rerumpublicarum diſpoſitione declinat: abſtrahendum potius ab omnibus adſertis, quae orationis acerbitatem & contumeliam prae ſe ferunt. Vix putarem cum KVLPISIO, ſatis conſonum eſſe reuerentiae in corpus imperii eiusque dignitati, ſi in cenſum monſtrorum detrudatur, Noui equidem quid regerat THOMASIVS *not. ad Monzab. c. 6. p. 312. debebat vox monſtri non ſic odioſe captari, cum hoc loco nihil aliud denotet, quam irregulare, aut cui multa ineſſe debita deſunt, alia vero abundant, Et ſi eruditi non pro contumelia habent, ſi ab adulatoribus monſtra eruditionis appellentur, non debebant etiam monſtri vocem in praeſenti doctrina tam inuidioſe explicari.* Sed luſit THOMASIVS pro more ſuo in re ſeria nec facile ſine nare detorta praetermiſiſſet, ſi quis eum monſtrum eruditionis compellaſſet. Non abnuo, Germaniae formam abire in multis a conſuetis politicorum regulis, ſed non opus eſt, vt probroſo vocabulo innuatur. Quaeſtio paſſim ventilata huc pertinet, num obſeruantiae ciuis in rempublicam aduerſetur, ſi nae-

vos

vos eiusdem exponat. BÖECLERVS aliique, qui PVFENDORFFII ſententiam de Germania *irregulari* impugnarunt, in boni ciuis officium peccare autumant eos, qui morbos ſuae reipublicae, de qua optime ſentire debebant, in vulgus propalant & explanant. At vero tantum abeſt, vt ad officium boni ciuis ſpectet, diſſimulare morbos reipublicae, vt potius culpam ſibi contraheret nonnumquam, ſi falſa de iis narrare vellet. Docentes cum ptimis in academiis munere ſuo tenentur, vt veram indolem reipublicae exponant pactisque tacitis ſuorum auditorum ad veritatem proponendam obligantur. *Peccaret doctor, ſi rempublicam pro ſana venditaret, quae talis non eſt, non ſolum, ſi a principe ea de re quaeratur, ſed & ſi a quouis alio, cui veritatem profiteri ex pacto vel alias obſtrictus eſt: quemadmodum peccaret phyſicus, qui a diſcipulo interrogatus, tertium aegrotantem defenderet eſſe ſanum. Peccaret conſiliarius ſi principem quaerentem remedia conſeruandae reipublicae perſuaderet, nullis remediis eſſe opus. An vero officium boni ciuis eſſe putas ei, cui veritatem loqui obſtrictus ſum, falſum dicere, hoc eſt mentiri?* THOMASIVS *I. I. D. L. 3. c. 6. §. 47. 48.* Fiat modo repraeſentatio malorum & morborum reipublicae non animo ſtiloque calumniandi, ſed ea qua par eſt modeſtia neque ingenium & facundia eſſe putetur, hoſtilem licentiam in exagitanda re-

publica inuerecundae dicacitatis impudentia ſuperare. Conſ. BRVNNEMANNI *I. P. prud. diſſ. 12.*

§. VI.

In altero ſenſu, quo imperium accipitur pro ſtatibus omnibus in vnum corpus collectis ſiue iunctim ſpectatis, officium in imperium requirit, ne illorum iuribus aliquid detrahatur. Suſtinent ordines imperii in comitiis congregati maieſtatis iura, quae caeſar cum iis plene perfecteque exercet: conſenſus eorum habet vim & auctoritatem, non conſilii dumtaxat, ſed deciſionis & nihil quidquam negotiorum belli & pacis in imperio fieri vel admitti debet, *niſi de comitiali liberoque omnium imperii ſtatuum ſuffragio & conſenſu. I. P. W. art. 8. capit. nouiſſ. art. 2. 4.* Renituntur academiae & veritati & ſuo in imperium officio, quando contra clariſſima legum imperii contenta permittunt, vt in ſuis cathedris in ſummum ordinum imperii & comitiorum praeiudicium dogmata proponantur vel a ſuis docentibus exſcribantur, quae iura omnia imperii vel negant vel ſupplantant. Optandum eſſet, vt in multis academiis catholicorum principum ſanior circa imperium doctrina obtineret. Sed adulantur aulae caeſareae & poteſtatem caeſaris adeo abſolutam definiunt, vt tantum non deſpoticum reddant:

quaſi

quaſi iuſtiſſimo CAESARI placere queant, quae pactis publicis legibusque promulgatis aperte ſunt contraria. Exemplo eſſe poteſt in academia Pragenſi codicis profeſſor W. X. NEVMANN *de* PVCHHOLTZ, qui *in annotat. ad Schwederum* ſtatibus imperii inſignite facit iniurias, de quibus nonnulla ſaltem adferemus P. 16. ex *capit. Ioſeph. art.* 37. explicat poteſtatem legis ferendae: *vbi particula*, **durch uns**, *poteſtatem legislativam & particula* **Raht und Zuthun** *ſolum ſuffragium & conſilium ſtatuum importat; p. 157. poteſtatem condendi leges ad ius comitiorum refert Schweder, quaſi vero leges imperii ab imperatore & ſtatibus imperii in recto tamquam cauſa totali ſimultanee conderentur, ſed erroneus eſt iſte explicandi modus, quo ſtatibus imperii ſimultanea poteſtas leges ferendi attribuitur . . . . ſolus ille legem fert nec ſuſtinendum eſt leges imperii vim contractus habere . . . p. 159. fallitur auctor, dum in bello imperatoris & imperii nomine gerendo imperium pro ſtatibus imperii ſumit . . . illud mihi certum videtur, in omnibus caſibus, qui moram comitialis ſuffragii non patiuntur, imperatori exercitium ſummae poteſtatis competere, tam in caſibus belli, quam pacis ac federum ineundorum nec imperatorem eo caſu ad ſtrictam capitulationis obſeruationem adſtringi &c.* In academia Heidelbergenſi CAR. OTTO THYLLIVS eadem premit errorum veſtigia, quamuis reformatorum ſocietati addictus, in *comment. ad capit. nouiſſ. vbi p.* 13. adſerit: *adeo vt Caeſar maieſtatem totam &*

 habeat

habeat ſolus eam & vnus exercitium eius modusque ille, qui per capitulationem circumponitur exercitio, maieſtati caeſareae nihil quidquam detrahit, quoniam imperator ſolus eſt, qui maieſtate in imperio vera gaudet, ſolus qui eam exercet. P. 17. ſuffragandi plena illa libertas, quae ipſis in I. P. W. art. 8. confirmatur, communionem maieſtatis nequaquam inducit, ſiquidem ſtatus imperii tantum deciſionem ad placita habent, ſuper quibus imperatori defertur, vt eorum rationem in maieſtate exercenda habeat. Non itaque vota ſtatuum in comitiis rem decidunt, nec maieſtatica ſunt, ſed decidunt ad hoc, vt inde fiat **ein allerunterthänigſtes Gutachten** *ad caeſarem: nil ergo omnes ſtatus concludunt vltimato, hinc maieſtatem in comitiis non habent. P. 27. his cognitis quaeritur an vota ſtatuum maieſtatica iure dicantur nec ne? qui poſterius contra communem doctorum aſſertionem affirmare non dubitamus. Inprimis quum caeſar in comitiis & extra illa vel maxime imperio monarchico agat, nuſpiam vero cum eo in actu imperandi ſtatus concurrant.* Qui leui oculo inſpexit pacta publica, quibus tota imperii compages innititur, facile peruidebit, viros illos in meridie caecutire velle, quod eo turpius eſſe iudicamus, quo magis ex abſurda adulatione errores profiteri malunt, quam cum legibus imperii recte ſentire. Habent inter romane religionis adſeclas, qui eos rectiora docere queunt. Laudandus in eo IOAN. FRIDER. *de* CHARDEL Inſtit. imper.

imper. prof. publ. in academia Ingolſtadienſi qui in *diſc. de primis iur. publ. principiis Sect. 4. aph. 5. p. 103.* Ius ſuffragii ſtatuum imperii exponit: *vi cuius*, inquit, *ad comitia imperii vocantur eisque interſunt non ſolum tamquam nudi conſiliarii, ſed etiam tamquam pars corporis imperialis, vt de ſumma Imperii deliberent & ſtatuant.* In nota ſubiecta rationem addit: *quia, quum ſtatus in partem ſollicitudinis pro imperii vtilitate aſſumantur, iis etiam incumbit, vt tamquam pars corporis imperialis conſilio & voto non ſolum conſultiuo, ſed & deciſiuo imperio adſint.*

§. VII.

Patet exinde, neque iura Caeſaris nimium euehenda neque libertatibus ſtatuum imperii nimium tribuendum. Danda caeſari, quae Caeſaris, ſtatibus, quae ſtatuum ſunt. Partium ſtudium contra legum publicarum contenta, abeſſe debet a bono ciue & vel maxime ab iis, qui in academiis docendi muneri praefecti ſunt. Pertinent eiusmodi placita ad ſtudia imperii R. G. ruinam procurantia, vt grauiter iudicauit MAVRITIVS Haſſiae Landgrauius: *tria*, inquit, *ſtudia imperii ruinam procurare primum eorum qui caput imperii noſtri abſolutum, non limitatum exoptant: ſecundum eorum, qui libertatem ſtatuum deprimunt, vt ſeruire, quam obedire malint: tertium eorum, qui dictam ſtatuum libertatem*

ita

ita extendunt, vt legibus quibuslibet imperii ſoluti, quam ligati apparere malint. PACIF. *a* LAPIDE *not. ad Monzamb. p.* 562. Ridemus merito ſtudium adulandi in MARTINO iureconſulto medii aeui, de quo MORENA *de rebus Laudenſibus* ap. LEIBNITZ *ſcript. Brunswic. T.* I. *p.* 818. *Quum dominus imperator ſemel equitaret ſuper quodam ſuo palafreno in medio doctorum Bulgari & Martini, exquiſiuit ab eis: vtrum de iure eſſet dominus mundi? & dictus dominus Bulgarus reſpondit, quod non erat dominus, quantum ad proprietatem. Dominus vero Martinus dixit, quod erat dominus: & tunc imperator, quum deſcendiſſet de palafreno, ſuper quo ſedebat, fecit eum praeſentari dicto Martino. Bulgarus autem haec audiens, dixit haec elegantia verba: amiſi equum, qui dixi aequum, quod non fuit aequum.* Non tamen deſunt noſtris temporibus, qui huic titulo velificant, immo vero ius imperandi in orbem terrarum caeſari exinde vindicare volunt. v. SPENER Teutſch Staats-R. *P.* 4. *p.* 270. quibus iam dicam ſcripſit GROTIVS *de I. B. & P. L. c.* 22. *§.* 13. Contra peccant quoque in hoc officium, qui iura ſtatuum nimis extendunt, qui vel ariſtocratiam vel democratiam imperio Germanico attribuunt, ius abſolutum territoriale ſibi fingunt proxime a Deo ſtatibus imperii quaſi immiſſum & pactis omnibus ſuperius, qui caeſarem in adminiſtratione imperii mere paſſiue, ſtatus actiue

ſeſe

ſeſe habere nugantur, qui caput imperii cum nudo praeſide & directore comparare non verentur & vt ſtilo excellentiſſimi MOSERI *bibl. I. P. p. 250.* vtar: die ihre gantze prudentiam iuris publici auf verderbliche und den nexum imperatoris & ſtatuum ſoluirende principia ſetzen und bey nahe die Stände zu Käyſern und den Käyſer zu einem Stand machen wollen: quos delirare iudicat conſult. LANGGVT *ad Coccei I. P. p. 345.* Conſ. *Electa iur. publ. T. 8. p. 79. ſq.*

§. IIX.

Officium in leges imperii requirit obedientiam, ſiue leges illae generatim omnes ciues mediatos ſpectent, ſiue ſpeciatim ad docentes in academiis referantur, per ea, quae c. 1. §. 4. & 10. diximus. Intelligo autem leges communi conſenſu caeſaris & imperii latas, promulgatas, receptas: hae enim ſolae habent vim obligandi ciues in imperio nomenque legum imperii ſuſtinent. Accenſenda iis edicta imperatoris, quibus leges iam conſenſu comitiali ſtatuminatae renouantur, quamuis nouum ordinum imperii conſenſum prae ſe non ferant. Hunc enim capitulationes recentiores in renouatione legum iam conditarum non requirunt, vt patet ex *capit Ioſeph. art. 2. nouiſſ. art. 2.* Plane conſentiendum eſſe reor conſultiſſimo

H

mo viro, KEMMERICH *I. P. L. 5. c. 7. §. 14. p. 792. Ius promulgandi huiusmodi edicta de negotiis ſcil. conſenſu comitiali concluſis, quod caeſari ſoli competat, eo minus dubitandum eſt, quod eidem promulgationes omnium legum imperialium reſeruatae ſunt, neque etiam ſemper ſpecialis ordinum conſenſus ad ea, quae edictis cauentur, neceſſarius eſt, ſed ſufficit, eos ſemel generaliter in eadem conſenſiſſe, ſecus eſt, ſi imperator, praeter vel contra pacta conuenta, edicta emittere velit.* Miror ergo, nonnullis in mentem veniſſe, edictum CAESARIS a. 1715. in publicum emiſſum, ne quid probroſum aut famoſum in rebus religionis ac ſtatus publici ſacri romani imperii doceatur, ſcribatur, imprimatur, pingatur vel divulgetur, non eſſe inſtar legis imperii vniuerſalis habendum. Exſtat in *elect. iur. publ. T. 8. p. 81.* Staats-Kanzl. *T. 26. p. 728.* Quamuis enim conſenſus ſtatuum imperii in eo nulla nulla fiat mentio, nec in comitiis ſit requiſitus, ſed von Kayſerl. Machts Vollkommenheit anbefohlen und gefertiget worden: tamen nihil noui continet, nihil praeter vel contra leges imperii ſtatuit, nihil inculcat, in quo conſenſus comitialis olim non fuerit adhibitus. Quare recte monet MÜLLER *El. I. P., T. 8. p. 529.* Bey dem iure legum ferendarum ſo wol insgemein, als denen an das Kammer-Gericht abzulaſſenden Verordnungen inſonderheit, concurriren zwar in ſeiner Maaße die Reichs-

Stän-

Stånde, allein berührtes Mandat iſt pro noua lege nicht zu halten, wie ſich denn auch Ihro Kayſerl. Maj. in ſelbigem bloß auf die vorigen Reichs-Geſetze beziehen. Statim enim ab initio monet auguſtiſſimus CAESAR: obwohlen auf verſchiedenen hiebevor gehaltenen Reichs-Tägen und ſonſten weyland unſre glorwürdigſte Vorfahren am Reich, Römiſche Kayſer und Könige, mit derer Churfürſten und Ständen des H. Röm. Reichs gutem zeitigen Raht und Vereinigung Geſetz und Ordnungen dahin ausgehen laſſen ꝛc. Gratiſſimo quoque animo adgnouerunt ſtatus euangelici curam Caeſaris pro conſeruanda tranquillitate publica & fatentur, IMPERATOREM in edicto promulgando detuliſſe petitis ſtatuum imperii: Es erkennen nechſt dieſen die Evangeliſche Stånde mit allerunterthånigſten Danck, daß Eure Kayſerl. Maj. . . . nach dem Exempel Ihrer glorwürdigſten Vorfahrer am Reich, auf beſchehenes allerunterthånigſtes Anlangen denen bißhero hin und wieder gemein gemachten Låſter-Schrifften, auch Schånden und Schmåhen von den Kantzeln, und dadurch unter den Stånden angezettelten auch mehr und mehr eingeriſſenen Mißtrauen und Uneinigkeit vermittelſt Dero in das Reich publicirten Religions-Edicti alſo Reichs-våterlich ſteuern und begegnen wollen. Staats-K. *T. 27. p. 758.* Petunt ſaltem obſequioſiſſime, vt proſpiciat CAESAR, in poſterum, ne male applicetur edictum ad cauſſas illo non comprehenſas vel non comprehendendas.

 §. IX.

§. IX.

Continet autem hoc edictum non tantum generalia omnibus ciuibus obſeruanda, ſed etiam ſpecialia de academiis monet iisque praecipit: So zeiget doch die tägliche Erfahrung, daß dieſen ſo offt ergangenen heilſahmen Verordnungen, und Reichs-Geboten an verſchiedenen Orten nicht nachgelebt, vielmehr ſolchen ſchnur gerade entgegen, hin und wieder dergleichen ſchmähſüchtige Bücher, Schrifften und Gemählde verſchiedener Orten im Reich heimlich gemacht, verfertiget, gedrucket, oder von auswärts her eingeſchlaufft, und ohne allen Scheu Einſicht oder Beſtraffungen auf öffentlichen Jahrmärckten, Meſſen und andern Verſammlungen umgetragen, feil geboten, ausgeſtreuet, verkaufft und ausgebreitet, nicht minder auch auf öffentlichen Univerſitäten über das ius ciuile und publicum ſehr ſchädliche des H. Röm. Reichs Geſetze und Ordnungen anzapffende verkehrte neuerliche Lehren, Bücher, Theſes und Diſputationes angehebt und dadurch viele ſo ohnzuläßig, als tiefſchädliche Neuerungen gegen die Grund-Veſte, folglich Unordnungen in dem teutſchen Reich eingeführet werden . . . Wir befehlen, ſetzen, ordnen und ermahnen demnach hiemit alle und jede, inſonderheit die Geiſtliche und Prediger, alle Schrifft- und Rechts-Gelehrte, die Buchdrucker, Verleger und Buchführer, ohne

Un-

Unterſcheyd der Glaubens-Bekenntniß, ſie ſeyn frembd oder einheimiſche, bevorab aber die Bücher-Commiſſarios Krafft dieſes, nachdrücklich erinnernde, bey Vermeydung hoher Straffe und unſer Kayſerl. und des Reichs ſchweren Ungnade, alles und jedes, was hiebevor von Zeit zu Zeiten gegen den Mißbrauch der Buchdruckereyen und Herausgebung verbotener Glaubens- und Staats-Sachen angehender Lehren, Bücher und Läſter-Schrifften oder Lehr-Geſetzen verordnet worden, in genauere Obacht zu ziehen, und dasjenige, was dazu auf einige Weiſe Vorſchub geben kan, ſorgſahm zu vermeyden und zu verhindern. **Staats-Kantz.** *T. 26. p. 730.* ſq. Veſtiuntur quaſi eiusmodi edicta noua obligatione ciuili, quando ſtatus imperii illa in ſuis territoriis proponunt ciuibusque obſequium denuo iniungunt, quod etiam de hoc edicto IMPERATOR fieri voluit, vt patet ex *decreto commiſſionis*, quo ad comitia fuit translatum: So haben Wir. . . . deſſen Verkündigung im Reich denen Crays-ausſchreibenden Fürſten nach Anweiß gegen verwahrter Abſchrifft aufgetragen, der allergnädigſten Zuverſicht lebende, daß man neben dem nicht allein von Catholiſcher, ſondern auch Augſpurgiſcher Confeſſion zugethaner Seite darob ſteiff und ernſtlich halten, und ins beſonder den Predigern und Schrifft-Gelehrten ſo wol, als auf Univerſitäten und Academien denen Profeſſoribus und Rechts-Gelehrten durchgehends ernſtlich einſagen laſſen werde, ſich in geiſt- und weltlichen Dingen

 nach

nach Dero Kayſerlichen allerhöchſten Edict und Verbot allerdings zu achten. Staats-K. *T. 26. p. 726. ſq.* Idem oſtendit das Kayſerl. Reſcript an die Crays-ausſchreibende Fürſten des Reichs *Ibid. p. 735.* Exemplo eſſe poteſt reſcriptum PRINCIPIS Anhaltini, quo conſenſu reliquorum principum ſuae domus communi Gymnaſio obſeruantiam huius edicti commendauit. *Ibid. p. 741. ſqq.*

§. X.

Si pars imperii e. c. corpus euangelicorum vel catholicorum, de re quadam in comitiis conſentiat, vt in ſuis territoriis ciuibus in legis normam ſtatuatur, id quidem legis imperii rationem & formam non habet, alio tamen titulo obligat ciues, dum a dominis territorii promulgatur. Illuſtrat rem pactum conventum nonnullorum electorum & ſtatuum imperii auguſtanam religionis profeſſionem ſequentium, quo per ſuos legatos conſenſerant in abroganda ciuium academicorum licentia in aduentantes nouicios, ſub *pennaliſmi* nomine ſatis famoſa. Conuenerat inter eos, non ex comitiis legem emittere, ſed iis finitis in ſuis academiis peculiari edicto, communi conſenſu approbato, ſancire: **Wir uns . . . vereinbahret und dafür gehalten, daß wann unſren gnädigſt und gnädigen Churfürſten und hochgünſtigen Herren gnädigſt, gnädig und günſtig gefallen ſollte, nachgehendes** *Patent* **auf**

eine

eine gewiſſe unter ihnen beliebte Zeit, welche etwan drey Monaht nach geſchloſſenem Reichs-Tage ſeyn könne, auf ihren unterhabenden *Academi*en zu *publiciren*, dardurch dieſe grauſame barbariſche Unordnung abgeſchaffet werden könne. Litterae patentes ipſae docent: So haben Churfürſten und Stände der Augſpurgiſchen *Confeſſion* zugethan, deren Churfürſtenthümer, Hertzogthümer und Lande im Röm. Reich teutſcher *Nation* mit *Academi*en und Hohen Schulen verſehen, durch ihre bey der zu Regenſpurg *a*. 1653. und 1654. gehaltenen Reichs-Verſammlung anweſende vornehme Räthe, Geſandten und Bottſchafften ſich hierüber und wie ſolcher höchſtſtraffbahren Unordnung mit einem durchgehenden ernſten Nachdruck würcklich geſteuert werden möge, geſprochen, das Werck reifflich überlegen laſſen, und auch auf abgeſtattete derſelben unterthänigſte *Relation* dahin verglichen, vereinbahret und geſchloſſen, daß hinführo und von *Publication* dieſes, keinem, der auf unſren unterhabenden Univerſitäten, *Academi*en und Hohen Schulen ſich aufhält, oder ins künfftige über kurtz oder lang, dahin begiebet, er ſey wes Standes oder Alters er wolle, erlaubet, ſondern vielmehr einem jeglichen hiemit und in Krafft dieſes, ernſtlich verboten ſeyn ſolle, den neu-ankommenden jungen Studenten heimlich oder

öffent-

öffentlich nachzuſtellen ꝛc. V. KNIPSCHILD *de ciuit imp. iur. L. 5. c. 16. p. 1119. n. 45.* LIMNAEI *addit. ad I. P. Tom. II. ad L. 8. c. 6. p. 343. ſqq.* Quae conſilia ſalutaria poſt aliquot demum annos ad effectum perducta ſunt. Ad leges caeſaris & imperii ſpecialiſſimas academiis obſeruandas ſpectant priuilegia, quatenus nonnulla continent officia iis iniuncta. Ita circa honores dignis conferendos additur plerumque: *in quo conſcientias ipſorum profeſſorum onerari volumus.* Obligantur ergo, vt prouideant, ne inepti nullaque eruditione imbuti ſummis honoribus exornentur. In Rintelenſi priuilegio conceſſis omnibus immunitatibus addit FERDINANDVS II. *Dummodo tamen nihil ſcandaloſum vel bonis moribus contrarium aut ſacri romani imperii conſtitutionibus aduerſum ſiue Profeſſores ſiue ſtudioſi ibidem doceant vel ſcribant, aut doceri, ſcribi, lectionibus & diſputationibus publicis proponi aut ſcripto vel libris ſiue clam ſiue palam vulgari permittant.* Quod etiam FERDINANDVS III. in Kilonienſi, LEOPOLDVS in priuilegio Altorffino requirit. V. FRID. LVCAE *Eur. Hel. p. 514. 623. 638.*

§. XI.

Praeter obſequium legibus imperii debitum obligantur quoque academiae, ne ſugillari permittant a ſuis ipſas leges vel onerari grauiſſimis ſuſpicionibus & contumeliis vel per calumniam malitiamque peti ſinant. Proſtant ea de re ſeuerae imperii ſanctiones,

vt

vt in *I. P. W. art. 5. §. 50. Vtriusque religionis magiſtratus ſeuere & rigoroſe prohibeat, ne quisquam publice priuatimue concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo transactionem Paſſauienſem, pacem religioſam vel hanc in primis ſiue declarationem ſiue transactionem vspiam impugnet, dubiam faciat aut aſſertiones contrarius inde deducere conetur.* Conſ. *R. I. nouiſſ. §. 6.* Eadem inculcant capitulationes caeſareae: zumalen auch diejenige, ſo ſich gegen jetzt ermeldten Friedens-Schluß und darin beſtättigten Religions-Frieden, als ein immerwährendes Band zwiſchen Haupt und Gliedern, und dieſen unter ſich ſelbſten zu ſchreiben oder etwas in öffentlichen Druck heraus zu geben, alß dardurch nur Aufruhr, Zwietracht, Mißtrauen und Zanck im Reich angerichtet wird, unternehmen würden oder ſollten, gebührend abſtraffen, die Schrifften und Abdruck caſſiren, und gegen die auctores ſo wol, alß complices, wie erſt gemeldet, mit Ernſt verfahren. *Capit. nouiſſ. art. 2.* Quomodo leges hac in parte edicto caeſareo a. 1715. renovatae fuerint, docuimus §. 9. Aduerſatur quoque legibus iam adductis iniqua legum interpretatio, qua ſenſus earum peruerſisſime eruitur, in aliena quaevis detorquetur & contra mentem paciſcentium ad inuertenda aliorum iura, ad turbas ciendas & fouendas adhibetur. Iam olim data lege pacis religioſae ab hoc officio deflexerunt multi, qui vel odio religionis vel libertatis Germaniae ferebantur. Notus eſt

cancellarius colonienſis FRANCISCVS BVRCHARDVS ſua *autonomia*, noti ſunt ICti Dillingenſes *ſua paris compoſitione* qui ſuperiore ſaeculo parum modeſte ſententiam de pace religionis expoſuerunt. v. MÜLDENER *ad capit. Ioſephi art.* 2. *p.* 67. Eam ob cauſſam euangelici ſtatus a. 1646. in ſuo conſilio de componendis diſſidiis apud LONDORP *T.* 6. *L.* 3. *c.* 30. *p.* 39. monuerunt: auch auf beyden Seiten bey ernſter Straffe zu verbieten, daß ferner hin weder priuatim noch publice in Schulen oder auf Univerſitäten der Religions-Friede und jetziger Vergleich weder docendo, ſcribendo, diſſertando oder einigerley Weiſe und Zweiffel genommen und wie von obgemeldten Burchardo und Dillingenſibus geſchehen, auf andern unfriedfertigen Verſtand gezogen werden. Sed non deſunt recentiora exempla: nonne NEVM. de PVCHHOLTZ *not. ad Schweder p.* 10. capitulationes diſſuadet tamquam ſaluti reip. parum conuenientes? nonne pacem religioſam p. 16. innuit pacem eſſe metu extortam & iniuſtam? Non dicam de L. MEELFÜHRERI furiis, quibus in leges imperii impugnandas agitatus eſt. v. Staats-K. *T.* 24. *c.* 4. *p.* 130. *ſqq.*

§. XII.

Officium porro academiarum Germaniae in caeſarem & imperium poſtulat, vt ea qua decet modeſtia de diuerſae religionis in imperio receptae ſociis eiusdemque doctrina iudicent. Non par eſt, iis vel

dogma-

dogmata vel vitia vel crimina attribuere, quorum iis numquam in mentem venit, neque licet eos conuitiis proſcindere probris ſcurriliter lacerare nec ipſam religionem eiusque annexa ludibrio exponere. Prohibentur ſubinde legibus imperii läſterliche Bücher, Schrifften, Schmäh-Karten, ſchimpfliche Gedichte, Gemählde, Kupfferſtiche oder andere dergleichen Erfindungen, quae omnia reiicit edictum a. 1715. *de non turbanda religione* & repetit ex priſtinis legibus imperii. v. *R. I. Norimb.* 1524. *Auguſtan.* 1530. *Ratisbon.* 1541. *Reform. polit.* 1548. *R. I. Spir.* 1570. *O. P.* 1577. Regulis chriſtianae religionis, immo vero praeceptis legum naturalium iam tenentur ciues: ad amorem aliorum, ad officia charitatis in homines, quacumque etiam ratione cultum diuini numinis exerceant: adeoque abſtinere iubentur ab omni contemtu, a contumeliis inurendis, quae animorum acerbitatem odiaque internecina poſt ſe trahunt. Laudandum eo nomine reſcriptum PRINCIPIS Anhaltini, quo edictum caeſareum a. 1717. ſuis ciuibus propoſuit eademque argumenta adnotauit: Wiewol wir nun des Vertrauens ſeyn, es werden dergleichen aller honeſtät und Chriſtl. Lehre zu wieder lauffende Cenſuren in unſren geſammten Fürſtenthumen und Landen nicht leicht ſich ereignen, nachdem bey Beſtellung der Kirchen- und Schul-Lehrer nicht nur auf ihre Capacität und

erudition, ſondern auch auf die Beſchaffenheit der Gemüh=ter und Sitten fürſichtiglich reflectiret und beyderley Gebührniß mit Glimpff ein und fortzupflantzen ordiniret wird, indem die Erkenntniß der göttl. Ehre und Wahrheit denen durch die Natur von ſelbſt dargegen geſinneten Menſchen, deren Erlöſers heilſahmen Anweiſung und heil. Exempel noch mit ſanftmühtigen Geiſt, vernünftiglich will und ſoll bewürcket werden, welche Methode allein, nicht aber das nur zur verharrenden Verwirrung und vielmehr verſöhnl. Haß, alß beyderſeitigen Lehren Verſtand dienende ſchelten und ſpötteln eines geſegneten ſucceſſus Verheißung hat. **Staats=R.** *T. 26. p. 742. ſq.* Nihilominus tamen nulla in re magis peccari ſolet, quam in officio erga diuerſos religionis ſocios. v. ZEPHERINVS a PACE in **alt=chriſtl. Gedancken** *p. 327.* non tantum ſuae religionis adſeclas huius vitii arguit, ſed etiam dolet, theologis proteſtantium ſollemnes eſſe formulas: der Römiſche Antichriſt, die Babyloniſche Hure, der Vaticaniſche Jupiter, die Papiſtiſchen Greuel, die Catholiſche Abgötterey das gotteslåſterliche Meßhalten, der gantze abergläubiſche Götzendienſt. Haereticorum nomen legibus imperii prohibitum promiſcuis mutuisque iniuriis frequentiſſime obiici ſolet. NEVM. v. PVCHHOLTZ *not. ad Schweder. p. 20.* de noſtra religionis ſocietate contumelioſe ſatis iudicat: *Leui tantum digito notaſſe ſufficiat,*

pro-

progreſſum ſectae Lutheranae non diuinis auſpiciis, ſed permiſſioni ad exemplum Arianae haereſeos vel Mahometanae ſectae, quae ſeſe longe magis, quam iſta in orbe chriſtiano diffudit, adſcribendum eſſe. Si enim principia nouae huius ſectae penitus conſideremus, facile deprehendetur, illam non ex ſuggeſtione ſpiritus, ſed carnis arrogantiae, auaritiae & intemperantiae ortum ſumſiſſe. Alias iniurias paſſim diffuſas ſtudioſe praetermittam. PAVL. VSLEBER Prof. iur. canon. Heidelbergenſis in *diſſ. cit. a. 1715. p. 100. & 102.* impudentiſſime inuehit in reformatos & reformatores. *Vos,* inquit, *ordinem hierarchicum, omnino ſuſtuliſtis, anarchiam pro hierarchia ſubſtituentes &c. communionis frequentiam abrogaſtis &c. cum confeſſione poenitentiam omnem eliminaſtis &c. feruorem chriſtianorum prorſus ieiuniis omnibus extinxiſtis &c. polygamiam inſtar barbarorum induxiſtis &c. vos haereticis omnibus viam ſalutis aperitis, religionum confuſionem inducitis, Chriſto regnum diuiſum, quale nec diabolus habet, attribuitis & poſt haec omnia dici & ſcribi vultis reformati,* &c.

§. XIII.

Zelotae illi feruidiſſimi progrediuntur plerumque ad pacem religionis & publicam turbandam, nihil praetermittentes, quod animos hominum in alius religionis cultores concitare queat: quamuis pax illa firmiſſimis fulcris roborata ſit poenaeq; grauiſſimae in turbato res ſtatuantur. Inſpirant principibus viris violenta

conſilia, tumultus plebis non exoptant tantum, ſed fovent, ſed promouent. Flectunt mentes ſuorum in minas, in turbas, in caedes, nihil magis in votis habentes, quam vt exſtirpare liceret diſſentientes eorumque placita ſanguine delere. Haec in academiis maximam vim habent, ſi a docentibus in auctoritate conſtitutis proferantur, quorum adſerta ad imbuendos in perpetuum, ad ſtimulandos iuuenum animos mirifice faciunt. Circa VSLEBERI diſputationem habendam monebant Profeſſores reformatorum ſocietati addicti, eiusmodi theſes ea contineri, welche theils mit der kundtbahren Wahrheit nicht überein kommen, theils auch unter hieſigen Profeſſoribus & Studioſis alle Harmonie und Einigkeit aufheben, ja gar die gröſſeſten Animoſitäten und Verbitterungen beyderſeits erwecken dürfften. Staats-K. *T. 26. p. 271.* ſed vide hominis ſtomachantis ferociam: haereticos, quales eſſe docet reformatos, *ſtatutum eſt*, inquit, p. 99. *vrbe pellendos, ne alios inficiant ſuis erroribus, imo ob ſolam ſuſpicionem haereſeos, niſi ſe ab ea purgauerint, infames & proſcripti cenſentur: qui vero publice vel priuatim alios in haereticos errores pertrahere tentant, libros facinoroſi dogmatis ſcribendo, vltimo ſupplicio adficiuntur & libri, comburi iubentur, legentes huiusmodi libros & ſeruantes perpetua deportatione damnantur, ſimiliter pertinaces & relapſi vltimo traduntur ſupplicio ſiue poenae ignis.* Paullo poſt addit: *deteſtanda ſunt illorum pſeudo theologorum*

gorum

gorum & politicorum principia, dum volunt, non eſſe durius agendum cum haereticis, pnon ugnandum contra illos in ore gladii, ſed gladio oris. In eiusmodi buccinatores turbarum quadrat nomen, quod Anglus de LVDLOW in ſuis *commentariis T. I. p. 257.* ſacerdotibus ſui temporis impoſuit, quod ſint *les trompettes de gverre,* quod idem de Ieſuitarum plerisque adfirmarunt Euangelici litteris ad CAESAREM datis: Daß man kein Recht wieder ſie erhalten könne, wenn ſie wider alle Friedens-Schlüſſe handeln und Sturm blaſen. v. Ungrund des ſimultanei §. 51. et praeſidis lib. Pflicht der Geiſtl. nach den Reichs-Geſetzen p. 59. vbi §. 8. ſqq. plura hac de re monentur.

§. XIV.

Huc quoque pertinet officium docentium in academiis in religiones legibus imperii in Germania receptas, ne ſtatum religionis publicis pactis firmatum mutent vel interturbent vel ſuis conſiliis & incitamentis occaſionem eius immutandi ſubminiſtrent. In territoriis & academiis mixtis officio huic exercendo anſa frequens ſuppeditatur, ſed & negligendo. Exemplo eſſe poteſt academia Heidelbergenſis, in qua catholici contra ſtatum in pace Weſtphalica definitum multa introduxerunt, reformatis profeſſoribus onerosa: Bey hieſiger Vniuerſität haben Catholici contra ſtatum pacis Weſtphalicae & Ryswicenſis es ſo weit gebracht, daß wann eine Catholiſche Promotion iſt, ſolche

can-

candidati dabey ihr Glaubens-Bekenntniß nach der Bulla und Formula Pii IV. öffentlich in Auditorio ablegen, mithin unter dem Nahmen der ſo genannten Ketzer die Evangeliſche Praeceptores und Profeſſores verdammen und dieſelbe zu verfolgen ſich verpflichten, welches nicht mit anzuhören, und mit ihrer Gegenwart und Stillſchweigen zu authoriſiren, einige Reformirte Profeſſores zwar abzutreten pflegen, andere aber und in ſpecie Thyllius dabey bleiben Staats-K. *T. 42. p. 409.* Aliae querelae de ſtatu eiusdem academiae adferuntur *ibid. 414. ſq.* Die Univerſität belangend, iſt bekannt, daß contra ſtatum pacis Weſtphalicae und Hall. Receß nebſt andern Catholiſchen Profeſſorn, 6. Patres Ieſuit. in die Univerſität poſt declarationem recipiret werden müſſen, wodurch die Reformirte ſo vielfältig beſchweret worden, daß es dißmalen in compendio zu erzehlen nicht wol möglich, künfftighin aber von den Profeſſoren Reformirter Seite communiciret werden kan und wäre leichtlich zu erachten, wie in ſenatu academico die darinn erſcheinende 6. Reformirte Profeſſores gegen 10. Catholiſche aufkommen, und das Univerſitäts-Intereſſe der Gebühr nach beobachten, oder auch die ſtudia, durch ſo wenig noch übergebliebene ins Aufnehmen gebracht, oder der Gebühr nach getrieben werden können. Sane qui iuſtitiam amat legesque imperii reueretur, iuri aliorum, quamuis in religione diſſentiant, nullo modo detrahit nec ex aliorum damno contra pacta ſuum trahit emolumentum.

(o)

ORandi nuper, docto plaudente ſenatu
Cum populo, ſpecimen REGINAE in laude dediſti,
Qua nihil vberius ad laudem protulit orbis.
Nunc aliam ſcandis, noſtra inter vota, cathedram;
Vt quantum Aeacidae laudum certamine victor
Fabricios inter veteres caput extulit olim,
Tantum in gente tua, tua quondam gloria ſurgat.

Sic generoſiſſimo FABRICIO
applaudebat
JO. CAROLVS von der Lith,
Opp. Ord.

MUnera, queis Paridem tria Numina vertice in Idæ
Ad ſua vota olim ſollicitaſſe ferunt,
FABRICI fere juncta tenes; *Tibi* divite cornu
Prodiga Junonis dextera fudit opes;
Quamque *Tibi* facilis, quæ præfert ægide vultus
Gorgoneos, Dea ſit, pagina culta docet.

Doctrina, ingenium, largæ facundia linguæ:
Sunt data Palladeo munere dona *Tibi.*
Reſtat ſola Venus, ſed nî me auguria fallunt,
Hæc quoque, quæ reſtat, *Te* Dea reſpiciet.

Generoſo atque Doctiſſimo Domino de FABRICE Fautori ſuo atque Amico nunquam non colendo de provincia, quam ornandam ſuſcepit, gratulari ut debuit, ita voluit.

D. SMIDT.
LL. Stud. Opp. Ord.

SIs ſemper felix! TVA ſic mens alta meretur,
FABRICI, generis lausque decusque TVI
Non nuper ſolum grauiter pro more loquentem
Audiit e cathedra TE ſtudioſa cohors
Cum collaudares REGINAM, qua datur vlla
Haud melior forma, aut dotibus ingenii
Nunc ſollers etiam indagas, Academia quale
Debeat obſequium Caeſari & imperio
O bene, FABRICI, nil non laudabile cudis
Perge, & eris magnis ſic quoque major Auis.

Generoſo atque Doctiſſimo Domino de FABRICE fautori atque Amico certiſſimo ita gratulandus adplaudit, ſeque de meliori commendat.

CASPAR HENRICH PRAETORIVS
LL. C. Oppon. ordinar.

Jetzt

Jetzt zeigſt DU uns geehrter Freund,
Von DEINEM Wiſſen neue Proben:
DEIN Fleiß den ſelbſten Neid und Feind,
Durch Trieb der Warheit längſt erhoben!
Reicht jetzt ſchon reiffe Früchte dar
Und macht uns allen offenbahr:
Daß DEINER Klugheit, DEINEM Wiſſen
Vollkommner Ruhm und Preiß und Ehre folgen müſſen.
Auch Muſen machts der Welt bekandt,
Lobt IHN in euren klugen Schrifften,
Doch ſchweigt FABRICENS SEIN Verſtand
Kan ſich ſchon ſelbſt ein Denckmahl ſtifften
Die Freude die in mir entſpringt,
Die DIR den treuen Glückwunſch bringt,
Sieht DICH ſchon zu den Gipfel ſteigen
Da aller Hertz, und Mund von DEINEM Fleiße zeugen.

Mit dieſen obgſetzten Zeilen wolte **dem Herrn** von FABRICE als ſeinem **hochgeehrten Freunde** zu der in Göttingen gehaltenen Streit-Schrift, abweſend glückwünſchen deſſen ergebener Diener und aufrichtiger Freund.

FR. LUD. de TRAMPE.

Gelehrt und wehrter Freund Dein ungemeiner
Geiſt
Gibt uns weit hurtiger die allerſchönſten Proben
Von Deinem edlen Fleiß, den ſelbſt der Neid auch
Preiſt,
Als ich nur fähig bin dieſelbigen zu loben;

Ich fange eben an, erſt die Vortreflichkeit
Von Deiner Rede mit Vergnügen zu erwegen,
Und Du biſt wiederum ſchon fertig und bereit
Uns Deine Wiſſenſchafft im Staats-Recht darzu-
legen.

Nein! das iſt zu geſchwind vor meine Poeſie
Ein unvergleichlichs Lob durch eignen Fleiß erringen,
Das koſtet wie ich ſeh' Dir nicht die halbe Müh
Als mir daſſelbe nur in einen Vers zu bringen.

Doch Freund o fahre fort! in dieſem edlen Fleiß
Kan gleich mein ſchlechter Ruhm denſelben nie erreichen
Er iſt vor Dein Verdienſt auch nicht der rechte Preiß
Der Hoff bereitet Dir gantz andre Ehren-Zeichen.

Dieſes wenige offerirt dem Herrn von FA-
BRICE zu beſtändigen Andencken deſſel-
ben treuer Freund und Diener

J. H. Deichmann.

Bardovico-Luneburgicus.

(o)

BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Treuer, Gottlieb Samuel / Fabrice, Just Ludwig <<von>>, / Münchhausen, Gerlach Adolf <<von>>,

De Officiis Academiarvm Germaniae In Caesarem Et Imperivm

Goettingae 1735

4 Diss. 3603,5
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10969673-0
VD18 10730931